



~~to 1 7 = 7 A = 15~~

Caja B - 67

Es de la Licencia del N. Colegio de S. Cruz de  
la fe; lo cono el Sr. D. Thorg. Manuel de  
Puesca.



D. D. Box <sup>ms</sup> de <sup>13</sup> ~~Box~~

327 fol. + 23 enbl. + 1 foll. et 3 h. + 77 pag  
(Mottan br fol. 304 a 275)  
29 - May 1912

†

Commentariorum  
in librum 3.<sup>m</sup> Decretaliū Gregorij 9.  
Romani Pontificis, tomus 1.<sup>o</sup>

opera, et studio, D. Andree Ladrō Aluev.  
Collegij Mai. Granatēsi Regalis alumni.




R. 30858

Commissio...  
Secretarius Gregorius  
Liberarius...  
Opera...  
Collegii...

LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF TORONTO














*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]*



B-67(8)

# RELECTIO AD TEXTVM IN

CAP.VLT.DE EMPTIONE ET VEND.

Salmanticensis Academiae iuuentuti iam antea  
solemniter recitata.

NVNC IN LVCEM EDITA.

AD D.D.D. PETRVM DE MOYA RELI-  
gione ac nobilitate clarissimum virum, Philippo Quarto

Hispaniarum Regi à Consilijs, maximum Alca laen-

sem Abbatem, eiusque sacrae praefecturae

supremum Dynastam, et olim


Maiores Regalis Collegij Imp. Caroli 5i civitatis Gran. Alumn.

AVCTORE FR. D. GVTTIERRE DE ARROYO

Ovulcensi, rubeo Calatrave stigmati insignito, Collegij Calatra-

uensis alumno, iuris Pontificij apud Salmantinos

professore.



Juanes Suber...



Salmanticae, Apud Didacum à Cassio, Anno 1629.



*Censura del Doctor Don Melchior de Valencia, Cathedra  
tico de Prima de Leyes desta Vniuersidad  
de Salamanca.*

**P**OR comission del señor Prouisor deste Obispado he visto esta re-  
peticion al cap. vii. de emptione & venditione de Fr. D. Gutierre  
de Arroyo Colegial del Colegio de Calatraua, y no hallo en ella  
cosa contraria a nuestra santa Fè, y buenas costumbres. En ella da  
muestras su Auctor, ansí del cuydado, y diligècia con que siempre ha afsi-  
stido a los estudios del derecho, como de los progressos que con su inge-  
nio, y capacidad ha hecho en el, siendo indicio estos primeros, de los ma-  
yores, y mas colmados frutos que nos podemos prometer: y ansí juzgo  
se puede imprimir. En Salamanca de Março 19. de 1629.

*Doctor D. Melchior de Valencia.*

---

**E**L Licenciado Saldaña Prouisor en la ciudad y  
Obispado de Salamanca, por su Señoria el se-  
ñor D. Antonio Corriero Obispo del dicho  
Obispado, del Cõsejo del Rey nuestro señor, &c. Por  
la presente damos licencia a qualquier impressor de  
libros, para que pueda imprimir el tratado de que se  
haze mencion en la aprouacion supra escrita, sin in-  
currir en pena alguna, atento que està, visto, y exami-  
nado, y no contiene cosa contra nuestra santa Fè Ca-  
tholica. Dada en Salamanca a diez y nueue dias del  
mes de Março de mil seyscientos y veynte y nueue.

*Licenciado Saldaña.*

*Luis Perez de Vloa.*

DD.D. PETRO DE MOYA RELIGIO  
ne ac nobilitate clarissimo viro, Philippi Quarti  
magi Hispaniarum Regis Consultario, honorario-  
que Mytæ, serenissimi Infantis Ferdinandi cor-  
datissimo Consulto, maximo Alcalaensi  
Abbati, eiusque sacre præfecturæ  
supremo Dynastæ.

FL.D. Garterre de Arroyo.

**P**ostquã beneficio tuo (vir illustrissime) consecutus sum, vt in-  
ter alumnos tuos enumerarer, literarum meditationem multo  
ardentius quam antea versari cœpi. Principio enim natura  
tantũ impulsus ad earũ studiũ me applicabã, quibus qualiter  
qualiter instructus mihi fructum aliquem eruditionis afferrem: nunc  
autẽ cum humanitate beneficentiæque tua incensus, omnes meas cogita-  
tiones ad tuam dignitatem & gloriam conferendas esse statuerem, ma-  
iore animi impetu mihi eritendum existimaui, vt ad aliquẽ doctrinæ  
gradũ peruenirem. Nõ enim ad elaboro vt ingenij aliqua laude fruar  
(vt opusculum hoc per se demonstrat) sed vt incredibilem meam erga  
te beneuolentiam, singularemque grati animi affectum declarem. Nec  
possum mihi temperare quin relectionem hanc iam antea in hac Salmã-  
ticensi Academia auditoribus meis dictatam, quandiu pretiosiora nõ  
suppetunt munera, tibi offeram: cum non debeant qui magna præstare  
non possunt, parua negligere, & qui in rebus maioribus vsui esse ne-  
queunt, ob id in leuioribus muneribus, apud eos quos præcipue obser-  
uant diligentiam remittere, præsertim cum in omni genere officij plu-  
ris animi voluntas quam muneris magnitudo facienda sit. Hoc enim  
munusculum (eruditissime vir) sub tuis auspicijs publica luce dono, tibi  
bique placendi studio & omnes tempore timores & tanto sub patrono  
regidiora non formidauit in illis. Nostris tu quoque tangeris, aut ho-  
noribus aut iniurijs, nunquam enim famulum laeserit quisquam quin-  
item & herum. Vale.

Erudi.



*Eruditissimo viro D. Guierro de Arroyo Calarráben,  
lemmate nobilitato, in hac Salamanticensi Academia  
publico iuris professori, dilectissimo amico. D.*

*García Martínez de Porres  
Conquensis Togarus.*

*S. P. D.*

**E**xpròme iam, expròme hanc ingenij literosam futuram, cuius  
puerperio aderunt Musa, adstabit gratia, illa incunabula, isthae  
crepundia praeparantes. Equid tandem successoris fastidientis  
supercilio faceramenta vereris? Vereantur illi, qui scabra, qui  
impolita non veretur opera parturire. Tu mi Guierri intrepidus adesto,  
exaciatum namque delitum opus luci commendas, breue sed longos  
dies pertinaci gloria viua perpetuaturum. Quid mei iudicij sit amice fla-  
tas, ingenue profero: opus est & te & saeculorum memoria dignum, quod  
praesentes gratantes suscipiunt, & suscipiant posteri venerabundi. Quid  
ni? in eo (non blandior) in vulgaræ legum sensationes produntur facile, lu-  
ris prudentum dissociata placita faederantur argute, Ciuilibus sophia my-  
steria reconditoribus penetralibus abdita eruuntur explicite, gregariorū  
interpretum effata ingenij æquilibrium fidenter perpenduntur: quid mul-  
ta? de eiuſdem dogmata a deo luculenter explanas, vt ea glossogra-  
phorum incuria euincas & te à temporum obliuiosa iniuria redimas eui-  
ctione. O nos foelices si tui riuu restagnantes aqua (compaginum fisis ri-  
mulis has distillantes doctrinae guttulas minutim perdunt) tandem in va-  
stam tuique strubendam iuris prudentia arcem irruenter prorumpant.  
O nos foelices, rursus exclamo, qui iuris campos vberi fructu stipatos vi-  
debimus & onustos: foelix & tu qui ad rata potis, cui Mars in pectore, cui  
in ore Minerua. Vere Mauortis pullus, eius lemmate nobilis, vere Them-  
idos Myſta, eius numinis sacris nobilitatus, æquimanum te ambidextrum  
saeculis praebens, & calami exaramento insignis, & gladij corruscamine,  
insignitus. Haesentio, haec testor, amice propalau, accipito amice & me  
ex asse tuum redama vt soles.

D. D. GVTIERRO DE ARROYO COLLE.  
gij Calatrauensis apud Salamantinos alumno, suus  
discipulus D. Ioannes de Orine (C)  
Montehermoso.

**I**Nclite Milicia Calatrauæ, & inclite Musis  
purpureum generis nobile stemma tui:

Gaudet aquis, quas Riue vehis, iam Nympha Minerua,  
dum tua sic dulcis lympa canora sonat.

Et lenior sæuos ferre indignata triumphos  
iudicij patitur altius ire sonos:

Euincis dum iure nouos, pariterque priores  
iudicio: chartæ præmia digna tuæ,

Edis opus cultum, ne in publica commoda pecces,  
erubeasque preces, pignora quas faciunt.

Ecce sonat iam grande sophos, iam fama paratur:  
& viuo properat gloria, quæ cineri.

## AD CELEBREM

GREGORII IX. DECISIONEM  
IN CAP. VLT. DE EMPTIONE

& venditione lib. 3. Decretal. præ-  
fixam, methodica  
Relectio.



REPREHENDIT eos Saluianus, qui in scriptis suis causas tantum egerunt suas, & proprijs magis laudibus quam aliorum utilitatibus consulentes, non id facere admissi sunt ut salubres ac salutiferi, sed ut scho-

lastici ac differti haberentur. Hanc ego ut reprehensionem fugerem, Summi Pontificis Gregorij decisionem in cap. vlt. de emptione & venditione explicandam elegi, cum viderem in ea Scholasticam subtilitatem cum forensi utilitate coniunctam, nec minus illam difficilimam quam quotidianis quaestionibus refertam inueniri. Verba constitutionis haec sunt.

*Si uēdicori, post institutū contra se iudicium quis omiserit,*

verem venditam sibi defenderet, nunciare: vel contumaciter absque tempore sententia promulgata, seu per iniuriam senectia laesa fuit, de euictione iuxta legitimas sanctiones agere non valebit. Hactenus Pontifex.

2 In hac autem constitutione Antistes maximus tres excipit casus à periculo euictionis immunes, qui vt clarò ordine percipiantur, integram euictionum materiam licet sub laconismo percurrere censui: in cuius tractatione mihi præsumam terminos, certosque constituam cancellos, quos præterire nefas erit. Diuidetur ergo relectio nostra in partem triplicem. In 1. quid sit euictio, sermo aget. In 2. actiones quæ ob eam & ex quibus causis in iure concedantur, enarrabimus. In 3. vero casus ab euictione per Gregorium exempti recesebuntur. Non enim horum exceptio cognosceretur, nisi prius regula à qua eximuntur innotesceret.

## Ad primam partem.

3 **C**VM Doctores nostri os anxie laborantes in rebus notissimis merito reprehendat Matheæ de via *¶* rar. iur. lib. 2. cap. 14. num. 4. omittis varijs euictionis diffinitionibus, & alia Azonis, in sum. C. de euictionib. communiter à pragmatice recepta & noue à Caldas de emptione cap. 31. ita ex mente Vuesemb. in parat. ad titulum, D. de euictionib. y. ii & Donel.

& Donel. lib. 13. com. c. 2. illam describere possumus, vt  
 dicamus, euictionem nihil aliud esse, quã rei quæ apud  
 nos est iusto titulo, per aduersarium in iudicio recupe-  
 rationem, l. si pro. ro. 22. §. 1. l. nõ tamen 24. D. de euidt. ita-  
 que vt res euidta dicatur: Primo necessarium erit, vt em-  
 ptori, vel possessori auferatur, eique cum effectu adima-  
 tur, l. qui rem 3. l. sicum 17. C. de euidt. l. si plus 74. §. mora.  
 D. eod. l. 4. in fin. princ. D. de act. empt. Qua propter non  
 sufficit emptorem condemnatum esse, sed vltra requi-  
 ritur, rem iam ei esse ablatam, nec ad vendicandum su-  
 peresse actionem: vel eius loco ælimationem esse solu-  
 tam, l. habere licere. 57. l. minor. 39. §. 1. vbi Barc. l. seruis  
 21. §. ¶ ideo, D. de euidt. quia effectiua executio, non sen-  
 tentia iudicis, euictionem perficit, ex eo, quod dum res  
 sine pretij dispendio apud emptorem manet, habere  
 eam licet, quod tantum præstare venditor tenetur, l. ser-  
 uis 30. §. 1. D. de act. empt. docent Anc. Gom. com. 2. var. c. 2.  
 n. 39. Cuius in recitat. ad tit. D. de ver. ob. in l. stipulatio  
 38. in princ. ¶ lib. 57. Digest. Iulian. in d. l. minor. 39. §. 1.  
 Gorofr. in d. l. habere. 57.

4. Quæ omnia illo verbo *Euincere* significantur, nam  
 præter vincere, abductionem rei etiam comprehendit.  
*Euincere* enim plus est quam *vincere*, sicut plus est *emi-  
 grare*, quam *migrare*, ut M. Tul. de iure dicendo reliquit  
 scriptum, ibi.

Dominus eius emigrat, atque ab eo exit, nam iam antea  
 migrauerat, sic etiam plus est *heradicitus*, quã *radicitus*,  
 quod Plaut. in *Mofest* ostendit his verbis.

Omnia ergo malefacta vestra reperi non radicibus qui-  
dem hercle, verum etiam eradicibus.

5. Sed aduersus superiora difficile admodum est, quod  
Iureconsultus scribit, in l. vtrique, 16. D. de rei vind. vbi  
seruo mortuo, de quo lis erat cum emptore possidente  
contestata, ferendam esse sententiam de proprietate  
ipsius docet: vt si alienus pronunciatu sit, stipulatio  
euctionis committatur. Quod dictis refragari, nemo  
est qui non videat, cum res perempta non euincatur  
nec euinci possit, dum sententia iudicis res quae non est,  
auferri nequeat, argum. ex an. l. si stipulor. 35. l. si homo 69  
inter stipulante. 83. §. sacram, D. de verb. oblig. ideoque  
euctionis actioni locum non esse potius dicendum erat,  
l. 2. D. iudic. sol. Quod confirmatur, nam in d. l. vtrique  
emptor proponitur bona fide possedisse, & iusta causa  
litigare, ex eoque nec ad pretium teneri probatur, vt  
eius verba manifeste indicant, ibi: Non enim, & l. illud  
40. D. de per. hered. quare, cum nec res euinci, nec pretium  
soluti valeat, euctionis actionem cessare certius appare-  
bat, d. l. habere licere. 57. d. l. seruus. 21. §. & ideo.

6. Cui difficultati responderetur, vera esse supra dicta,  
si omnimodo res non extaret, vt in d. l. vtrique extat. Ob-  
seruandum enim est, per litis contestationem in mora con-  
stituto possessore, l. sed est. 25. §. si ante, D. de per. hered.  
obligationem esse perpetuatam, l. si ex legati. 23. l. euqui, s.  
vlt. l. si seruus. 91. D. de verb. re que tunc extinctam, quam  
uis natura non amplius sit, adhuc intellectu iuris extare  
magis cum peti possit, d. l. si seruus. 91. §. effectus: qua ratio-

ne etiam fit, constitutum non de estimatiōe vel pretio,  
sed de ipsa re post mortem perempta, conceptum va-  
lere: constituentemque ad pretij solutionē obligare,  
*l. promissor. 23. D. de const. pecu.* Ex quo euenit, vt de pro-  
prietate serui eo tempore mortui lata sententia perin-  
de habeatur, ac si extaret, & possessori esset ablatas. vñ-  
de nil mirū si contra venditorē detur regressus & eui-  
ctionis actio committatur, *d. l. vtrique. 16. D. de rei vind.*  
*l. cū seruus. 11. D. iudic. sol. l. vlt. C. de assert. tollen. Donel. in*  
*l. si quis. 26. C. de euct. n. 3.* Emptor vero, qui possidebat,  
immunis reseruat, quia cū initio iuste litigasset, morā  
fecisse nō videtur, *l. si quis solutioni, D. de vsur. Donel. lib.*  
*20. com. c. 5.* Euictionis enim cōseruanda causa iuste liti-  
gari, docet Paulus, *in l. si seruus. 11. D. iudic. sol. & recte no-*  
*tauit Accursus in l. c. 5. §. vlt. glo. vlt. D. de rei vind.* Nam si  
emptorē morā fecisse proponeres iudiciū accipiēdo,  
mora perpetua redactionē, quasi res duraret, argumētum:  
*in d. l. in e. 15. §. vlt. ubi veno. 82. §. 1. D. de ver. ob. vlt.*  
*Donel. in d. l. si quis. 26. C. de euct. C. de mon. ob. vlt.*  
**710** Quod sic procedet, si seruus decel- sit post mortem  
emptori controuersiam, *l. vlt. C. de asser. toll.* Si vero an-  
te mortem fuit, pericūlo emptoris perire peditis mi-  
iuris est, *l. si seruus. 21. in p. mo. D. de euct. l. si quis. 26. C.*  
*cod. quāuis alienus, aut pignori obligatus apparet.*  
*l. 3. C. cod. vbi. Duan. & Donel. Cuius lib. 21. Paul. ad edict.*  
*in d. l. vtrique. 21. §. 1. in fin. in uo. in d. l. vlt. glo. h. in q. mo.*  
**811** Obstat tamen reus *in l. i. reditor. 52. §. p. edium, D.*  
*de act. emp. vbi pater filix nomine genero p. edium*

ali nuntum in dotem dedit, quo pignori obligato deprehensio, responderet Secunda, statim maritum contra heredem patris agere posse, ut pignus luat & liberet. Quod licet non congruit, cum potius expectandum erat, ut iure pignoris marito esset evictum, *l. cunctas. 35. D. de evict.* Haec difficultati communiter existimatur, satisfecisse Donellum in *l. ex hris. 5. C. de evict. nov. 2.* qui advertit in *d. §. praedium* non de simplici venditione agi, sed de illa, quae causa dotis tacite celebratur, iuxta *rextum in l. quoties. 16. D. de iur. dor.* (inter quas nonnulla discrimina observavit Cuiuslibet. *lib. 17. obs. cap. 1. Barbof. in l. estimatis, D. solut. matr. n. 15. & 16.*) inquitque, in dicta specie marito concedi statim agere ad liberationem fundi, nam equum non esset, eum soluto matrimonio pretium restituere uxori, & interim fundum pro pretio non habere: quod contingeret, si is qui dedit desinat solvendo esse, & fundus evincatur. Tunc enim, nihil ob evictionem consequi ab illo posset, cuius inopia inane fecit actionem. *l. 6. D. de dolo*, nec à muliere quae praedium non dedit, & cui nihilominus restitutio pretij facienda est. *l. 12. Nov. 12. §. 3. l. 1. §. 1. D. de iur. dor. n. 10. §. 1.*

9 Sed quamvis haec Donelli interpretatio communiter recipiatur, mihi certe difficilis visa est, nam si casus inopiae auctoris, & solutio pretij futurae, efficerent, ut ante evictionem ageret maritus, multo fortius cuilibet emptori hoc largiretur, cum similis casus omnibus imminet, & à nemine possit praevideri. *l. 1. §. magistratus D. de magistr. conu. l. 2. §. si eo tempore. D. de adm. ver. ad*



ciuit. pretiamque iam sit solutum, quod magis est: & ta-  
 men agere, absolute prohibet Imperator, in l. qui rem  
 3. C. de euiet. Denum a iuratur textus expressas in l.  
 in eua. 49. §. fin. D. solut. mar. vbi fundus æstimatus pro-  
 ponitur in dotem datus à patre, & à creditore antecede-  
 te pignoris causa euietus: in hacque specie, mulieri pe-  
 tenti æstimationem fundi à marito, ob stare excep-  
 tionem doli scribit Paulus. Ex quo convincitur manifestè  
 Donellus, qui statim marito actionem indulgebat, ob  
 metum æstimationis mulieri postea exolueda, cum  
 ei petenti exceptionem ob esse in præsentis specie do-  
 ceamur.

10 Nec difficultatem tollit quod respondent Ale-  
 xand. in l. si cum dotem, §. si patri, D. solut. matr. Cuman.  
 in d. l. in eua, §. fin. Iacob. Cuiac. lib. 7. respon. Paul. in d. §.  
 fin. scilicet, ideo mulierem in dicta specie exceptione  
 doli esse repellendam, quia in dote habet causam lucra-  
 tiuam, l. fin. §. i. D. qua in fra cred. & exceptio, quæ aucto-  
 ri obstarer, etiam mulieri quæ ex contractu ab eo ge-  
 sto vt singularis successor agit, nocere debet, l. apud cel-  
 sum 4. §. si quis. 29. D. de dol. excep. Barbos. vbi supra, n. 14.  
 Nam adhuc verum remanet, mulieris actio nem esse eli-  
 dendam, ac propterea maritum ratione assignata age-  
 re non posse, sed expectandum, vt prædium euincatur.

11 Quare receptior apparet interpretatio Iacob.  
 Cuiac. in recitat. ad tit. D. de act. emp. in d. §. prædium,  
 quæ antea fuit Cini. Salizeti, & aliorum in l. ex his. 5. C.  
 de iurict. videlicet, in d. §. prædium non fuisse prædium  
 datum

datum interueniente traditione naturali, sed per scrip-  
turam, quæ instrumento dotali fit, vt in eodem sentu-  
dos data dicitur *in l. si fundo. 16. D. de fun. dotal. l. si rem*  
*14. D. de iur. dot.* quod ex verbis ipsius textus proba-  
tur ibi, *Et marito liberum præstaret*, quibus innuitur fun-  
dum realiter non fuisse traditum. Vnde cum datum  
non fuisset prædium marito, de cuius datione non potest  
agere, sed ager ex empto vt liberum ei præstetur, ex re-  
gula textus *in d. l. ex his*, siquidem emptoris loco habe-  
tur, qui dotem æstimatam recipit. *l. quoties. 16. D. de tu-  
re dot. iunctis his quæ tradit doctissimus præceptor D.*  
*Franc. de Amaya lib. 3. obseru. capit. 1. §. 1. numer.*  
*29.*

*12.* Quod adeo aliqui extendunt, vt contra tex-  
tum *in d. l. ex his, 5. C. de cuict.* dicant, re etiam tradita,  
aliena vel pignori obligata deprehensa, superesse  
emptori actionem ex empto contra venditorem, vt  
rem liberet, vel præstet quanti minoris. Cuius opi-  
nionis fuit Accurs. *in dict. l. ex his*, Cast. *in dicto §. præ-*  
*dium*, Surdus *decis. 165. numer. 4. Et decis. 253. numer. 10.*  
*Castill. 4. tom. contro. cap. 42. numer. 89.* Respondentque  
i regulam textus *in dicta l. ex his* adhuc debere procede-  
re, quamuis res tradita sit, ne post traditionem peio-  
ris conditionis emptor efficiatur. Quod subtiliter im-  
pugnat Donellus *in dict. l. ex his, numer. 1. de quo infra*  
*numer. 28.*

*13.* Demum principio nostro contrarius est Celsus  
*in l. si hominem, 69. D. de soly. vbi si hominem in quo*  
*usus.*

ususfructus est alienus, vel pignori obligatum mihi  
noxæ dedisti, posse me agere tecum iudicati, nec ex-  
pectandum ut creditor euincat, respondet. Verum hæc  
difficultas explanabitur, si aduertamus, noxæ dedi-  
tionem plenam esse ac nullam diuisionem recipere,  
*l. 8. D. de noxal. & illum qui noxæ seruum dat, inte-  
gre eum facere accipientis teneri. l. si ex duobus, 17. §.  
fin. l. electio, 26. §. fin. l. si noxale, 28. D. de noxal. §. domi-  
nus inst. eodem, Anton. Fab. lib. 7. coniect. cap. 20. Cuiac.  
tract. 7. ad Africa. in l. cum quis, 38. §. qui hominem, D.  
de solut. nam dare nihil aliud est, quam dominium per-  
fectè transferre, l. ubi autem, 75. D. de verb. obligat. §. sic ita  
que inst. de action. quod, quia non perficitur quando rei  
solutæ aliquid deest, l. si rem, 20. l. etiam 27. dict. l. cum  
quis 38. §. qui hominem, D. de solut. l. sic ita, 126. §. 1. D. de  
verb. oblig. merito contra illum, qui pignori obliga-  
tum seruum, vel cuius ususfructus alienus est, noxæ dat,  
prius in actione iudicati agendum docet Celsus, si qui-  
dem ab obligatione liberatus non erat: nec ad hoc  
expectandum ut creditor euincat, rectè subiungit:  
ut docent Barolus in dict. l. si hominem, 69. Iacob. Cuiac.  
lib. 2. Paul. ad edict. in l. si in re, 19. in fin. D. de noxalibus  
actionib.*

14 Verum hæc resolutio satis difficilis redditur  
ex Vlpiano, in l. statuliberum, 9. §. illud, D. de statulibe-  
ris. ubi ex Octauieni sententia fuit decisum, liberari eum,  
qui est atuliberum noxæ dedit. In qua utique specie  
dominium perfectè non factum fuisse accipientis, quis  
ambigit?

ambigunt: cum hoc clare doceat Cōsultus in d. l. cum quis  
 38. § qui hominem, D. de solut. & adueniente tempore  
 vel conditione statutæ libertatis, seruus in libertatē eri-  
 piatur, l. 1. & 2, D. de statulib. sed responderetur, dissimi-  
 lem esse statulibertatis speciem propositam, nā huic,  
 casus libertatis implicitus est, l. fin. D. si ex noxal. cau-  
 ag. quæ equidem libertas cum non possit pecunia lui  
 nec reparari, l. libertas. 106. D. de reg. iur. rectē statu libe-  
 ri deditioe quis satisfacit: siquidem illud, quod seruo  
 deest, in obligationem non cadat, & eius causa immuta-  
 bilis sit, d. l. statuliberum. 9. §. 1. & 2. D. de statulib. l. Pra-  
 tor, D. de noxal. Vnde diuersam causam esse illius, qui  
 seruum pignoratū, aut cuius vsusfructus ad alium  
 pertinet, soluit, libenter profiteamur, cum hæc in obli-  
 gatione consistant, quæ pecuniā præstari valeant. l. 1.  
 §. sed cum homo, D. de his qui deiec.

15 Sed adhuc vrget illud, quod ex d. §. qui hominem  
 adducebamus. Vbi solutione statuliberi promissor non  
 liberatur, ea ratione, quia perfectē eum non fecerit ac-  
 cipientis: quod exemplo soluti serui, in quo vsusfructus  
 alienus est comprobatur Africanus. Qua attentā æqui pa-  
 ratione fortius impugnetur, quod supradictū est. Sed  
 obseruabis ibi agi de promissione generali hominis,  
 vt indicant illa verba: Qui hominem: &c, tunc enim, cū  
 seruum non certum nec determinatum, sed seruum ab-  
 solute debeat promissor, l. si quis. 67. D. de solut. non ali-  
 ter quam solutione eius quod debet, liberabitur, princ.  
 in st. quib. mod. coll. ob. non soluit autem quod debet, si  
 per-

perfecte non soluit, seu si rei solutæ aliquid deest, *l. si ita*  
*126. §. 1. D. de ver. ob. l. etiam 27. D. de solut. l. 3. §. reddita,*  
*D. commod.* Secus tamen, si debitor certi hominis esset,  
 quia tunc, statuliberum eum præstando (dummodo cul  
 pa absit) amplius non teneretur: in qua specie procedit  
 textus in *d. l. statuliberum 9. §. illud: cui ad stipulantur tex-*  
*tus in l. si seruum 91. §. item l. is qui 51. D. de verb. obligat.*  
 & *Bart. in dict. l. cum quis 38. §. qui hominem, quem sequen-*  
*tus est Cuiac. tract. 7. ad African. in d. §. qui hominem,* &  
 nos sequimur reiecto *Ant. Fab. lib. 2. coniect. c. 7. existimã*  
 te in hac parte Prudentes dissensisse.

16 Nec possum non aduertere supradicta minime  
 turbari ex implicato *Gaij* responso, in *l. neratius 63. D.*  
*de cond. indeb. vbi extat debitorem certi & determinati*  
 hominis, eum statuliberum soluendo, nõ liberari, quia  
 in plenum stipulãtis non fecerit: & quod magis est, nec  
 cõdictionem habere. Quod satis mirabile est & diffici  
 le cum alterum prædictis resistat, alterum vero genera  
 lem regulam iuris destruat, qua cauetur, ex quibus cau  
 sis liberatio non contingit, ex eisdem comperere cõdic  
 tionem, vt docet *Africanus in d. §. qui hominem,* quẽ nu  
 per explicabamus, *l. si non sortem 26. §. qui filio sam. & §.*  
*si decem l. cum, 15. §. 1. l. si fideiussor. 59. & ibi Bart. D. de*  
*condict. indeb. l. qui hominem 34. §. vlt. D. de solut.*

17 Vt autẽ in hac difficultate *Gaium* explicemus, re  
 iecta illa opinione *Anto. Fab. vbi sup. & alia interpreta-*  
 tione *Pau. Cast. simul & alia Iasonis in d. l. neratius:* obser  
 uandũ est, *Gaiũ* in libro singulari de casibus, ex quo hac

lex desumpta fuit, nouos, raros, infrequentes, ac prope incredibiles casus collegisse, quibus aliquid contra omnium opinionem, & iuris regulas ordinarias eueniret: vt est, duorum libertum, singulis diuersas operas vno tempore in solidum edere, *l. duorum*, 49. *D. de oper. liber.* vt sub conditione datum legatum, p̄rum aliquando intelligatur, & è conuerso, *l. aliquando*, 107. *D. de cond. et dem.* vt communis seruus alteri ex dominis soli adquirat, quamuis iussus eius non præcedat, nec ei nominatim stipuletur, *l. item*, 8. *D. de stip. ser.* vt seruus heres & liber existat ex testamento eius qui soluendo nõ est, etiam si alius heres adijciatur, *l. ei qui soluendo*, 88. *D. de hered. inst.* Sic, & in *d. l. neratius*, casũ ex Neratio refert, quo, qui soluit, nec liberatur, nec condicit: quod à regula iuris ab errare videtur. Qualis autẽ casus ille sit, hac specie manifestus fiet, nempe quando quis non hominem in genere (vt *d. §. qui hominem*) sed hominem certum promissit, quem ipse facto suo statuliberum facit (aliter ac procedit textus in *d. §. illud.*) Tunc enim eum soluendo, nec liberari promissorem, cum per ipsum factum sit quominus seruum stipulatoris perfectè fecerit, nec condicere, cum debitum soluat, rectè demonstrat. vt docet Bart. in *d. l. neratius*.

18 Ad rem igitur redeundo, vt res euieta dicatur, Secundo requiritur, vt in iudicio extorta sit, *l. si pro re* 22. *§. 1. l. 24. D. de euiet.* dum sententia iudicis pronuncietur, rem venditam, iure dominiij vel hypothecæ, ad peritorem pertinere, *l. mancipium*, 34. *§. vlt. l. 63. §. 1. D.*

*eodem*. vel dum possidens absoluitur, quem propter possessionem amissam, emptor, petitor factus, conuenerat, *l. si rem*, 29. §. 1. *D. eodem*: dummodo in his culpa absit emptoris, *l. si fundum*, 20. *l. si rem*, 29. §. *si dupla*, *l. hoc iure*, 27. l. 63. & vltim *D. de euictionib.* Donellus lib. 13. cap. 2. Quare si vis aliena, spreto iudicij tramiter, em abstulit emptori, vel ipsius voluntas, cessabit ob euictionem actio, *l. lucius*, 11. *D. de euict. l. fin. C. de act. empt. l. 37. tit. 5. p. 5. l. si seruum*, 25. l. vlt. *D. de euict.* Abb. in *præs. Donel. vb. sup. Castill. 4. rom. contr. c. 42. n. 69.*

19 Nec obstat textus in l. 38. §. *si quis forte*, *D. de verb. ob. vbi*, ex eo quod controuersia emptori mota fit, non spectata rei ablatione, stipulatio ob euictionem committitur. Nam respondetur, controuersiam effectū esse accipiendam, ita vt non sola ea, neque lis, imo neque sententia, sed effectiua rei euictio stipulationem pariat, vt rectē senserunt Accurs. Ias. Calt. Cuiac. in d. §. *si quis forte* (tamē consulendus est Accurs. in l. *habere*, 57. *D. de euict. verb. legauerit in addit. & l. siue*, 12. *C. de euict.* Donel. in l. *si cum tibi*, 22. *C. eod.* propter textum in l. 56. tit. 18. p. 3.) Vnde venit interpretatio ad textū, in l. *euictus*. 35. *D. de euict.* quem cum Accurs. & Bald. ita intelligere debemus, vt per Seruianā, ibi, res non fuisset cum effectū ab lata, sed tantum sententiam latam esse, ac propterea stipulationem non fuisse commissam, quæ si semel nasceretur, resolui non posset, ex textu in l. *habere*, 57. *D. de euict.*

20 Fortius principio nostro resistit textus in l. *si*

emptori 30. *D. de euct.* vbi probatur, re iudicio non eucta, stipulationem incipere. Sed satisfacies si dixeris, duplitem esse duplæ stipulationem: alia de euctione, quã dari negamus re iudicio non eucta, *d. l. 24. D. de euct.* alia de vicijs, aut noxis rei venditæ, qua venit duplum eius, quanto minoris res est ob id quod aliquo morbo, noxa, vitiove in edicto cõprehensio, laboret, *l. 3. l. lucius 11. §. ult. eucta, 16. §. ult. l. si ita, 31. cum seq. D. de euct. D. mel. in l. stipulationũ, 5 D. de ver. ob. n. 28.* Hec equidẽ committitur etiam re non eucta, dum modo verum sit seruum noxis furtis ve solutum non fuisse: de qua, accipiendus est textus in *d. l. si emptori, 30.* vt explicat *Cuiac. tra 6. ad Afric. in d. l. non tamen, 24. D. de euct.*

21 Nec hãc interpretationem retardant si alia verba textus in *d. l. si emptori*, quibus iniungitur, vt hæc secunda stipulatio committatur, necessum esse, etiam aliquid emptori abesse: nã ea addita fuerunt, vt evitaretur scrupulus, quomodo potuit interesse pro furtis & noxis serui, æt estimari iuxta textum in *l. eucta, 16. §. si seruus in fin. D. eod.* si in illa specie propter confusionem actoris, & rei, scilicet emptoris, nullum erat, nec eius imminabat periculum? ideoque subiunxit hoc æstimari, tamquam si seruum heres alij tradidisset, eo quod ob eã rẽ minor ad eam hereditas peruenisse intelligitur, *l. si ei 41. §. 2. D. de euct.* Quæ vltra omnes quos viderim sic interpretabar: nec me latet textus prima facie contrarius in *l. 4. D. de act. empt.* nã ibi, de stipulatione euctionis agi, certius est, vt explicat *Cuiac. in ead. l.*



22 Ex quo principio fluit, quod si emptor litem in arbitrum compromisserit, & victus sit, de euictione non aget, *l. si dictum 56. §. 1. D. de euict. l. 36. inu. §. p. 5.* quia nulla necessitate cogente id fecit, & ad iudicem ordinarium recurrere debebat, cuius fides pulcè approbata est, ad eūque ex necessitate peruenitur, ad arbitrum ex voluntate: & ad iudiciū in hac parte venire de necessitate esse, iam ex dictis constat, & docet Barr. in d. l. 56. §. 1. arg. *tex. in l. 34. §. 1. D. de min.* vbi minor dicitur lesus ex coplite, vel causam compromissit. Idem etiam erit dicendum, si emptor alterius iudicis iurisdictionem sponte prorogauerit, *iuxta textum in l. si conuenerit, D. de iurisd. dict. vt prosequitur Ant. Gom. tom. 2. var. c. 2. n. 40.*

23 Verum enim vero id quod dicimus, euictionē parari, si petitori iure dominij vel hypothecæ res praestita fuerit (de quo Donel. *lib. 13. com. c. 2. vers. tertiu.*, Cuiar. *tr. 6 ad Afric. in l. fundū, 46. D. de euict. Bart. in l. cum quis 38. §. quiboninē, D. de sol. n. 2.*) euincivideretur manifestè ex *tex. in l. stipulatio ista, 38. §. quasiū, D. de ver. ob. vbi, nō patitur iure cōsultus, illā stipulationē habere licere vim fortiri, nisi in re propria interposita fuerit. quod cū ita sit, quātūuis iure dominij alius eā ab emptore euincat, dicta stipulatio ob euictionē locū nō habebit. Sed omīssis ambagibus respondēdū puto, ibi Cōsulcū illā quaestionē tractare, an quis alienū factum possit promittere, & cum certū sit huiusmodi promissionē nō valere; zū quistātū de se promittere oporteat, *l. 83. in pr. D. de ver. ob.* ideo cōcludit in dicta stipulatione, praecisse alienū factum*

factū euiſtionis non contineri, nō tamē ideo negat promiſſorē ob cuiuſcūque euiſtionē remanere obligatū, quia talis ſtipulatio in illam reſoluitur, ſe curaturum facturumve, vt per omnes habere liceat, quæ ſuppleri debet *ex d. l. 83. in prin. verſ. at qui ſpondet: vt docent Cuiac. in recit. ad tit. D. de ver. ob. in d. §. quaſicum Couar. in c. quamuis pactum 2 p. §. 5. n. 7.*

24 Non ſolum ſi res per alium recuperata fuerit, proprie euiſta dicitur, vt dicebamus: ſed etiam ſi res, vt puta, ſeruus venditus in libertatem ſe euiſerit. Itaque ſi liber homo, vel ſtatuliber ſuppreſſa eius conditione diſtractus fuerit, venditor euiſtionis nomine perpetuo obligatur, *l. minor, 39. §. pater, & §. qui ſtatuliberum, l. 15 D. de euiſt. l. ſiue 12. l. ſi ſtatus 8. l. ſi tibi 25. C. eod. vbi Doctores & Donel. l. libera 8. C. de ſentent. & interlocut. ſi vero conditio ſtatuliberi in contractu expreſſa fuerit, hæc regula tenenda eſt: vt ſi in vendendo dixerim ſtatuliberum, non teneor euiſtionis nomine, etiā ſi traditionis tempore liber fuerit, dummodo tempore, quo vendebatur, fuiſſet ſtatuliber: ſi autem in tradendo, nō teneor ſi poſtea liber fiat: teneor tamen ſi iam liber factus erat, *l. qui libertaris 69. in princ. & §. qui autem. D. de euiſt.* Multum vero intereſt, conditionem celans perfuſorie & ſimpliciter ſtatuliberum dixerō, an conditionem ſtatutæ libertati adiectam etiam expreſſero: prio re caſu non teneor de euiſtione, ſed ex empto quia decepi emptorem, *d. l. 69. §. ſed eſi quis l. 1. §. 1. D. de act. empt. ſoſteriore autem, aut veram conditionem excepi, aut falſam**

Si in veram, nullus est labor, si falsam, distinguendum  
ita est: ab prior ex titio vera conditio, & teneor ob ven-  
tionem & mendacium, non a citius quam sperabat em-  
ptori seruus eripitur, sic accipio textum in d. l. 29. §. i. iussum  
aut prior ex titio falsa, postea existente vera & seruo in li-  
bertate eucto, proliis no teneor, quia nihil ex ea se la-  
ditur emptor, apud que diutius manet seruus qua spe-  
rabat. *Secundum 49. §. cum ubi. D. de euct. explicant. D. glo-  
res in d. l. i. iuris.*

25 Eadem ratione si iussum dare 10. heredi, vt liber sit,  
quinque iussum dare dixerim (quam conditionem com-  
stat in emptorem transferri, *l. si in liberis 29. §. vltim. D. de  
statulib. qui alienam 31. §. 2. D. de euct.*) & 10. datis in li-  
bertatem peruenit, non teneor, quia plus fert em-  
ptor qua expectabat, *d. l. 46. §. vlt. D. de euct.* at vero e con-  
tra si, dare iussum 10. dixerim, for inter veteres agita-  
ta quaestio, an de euctioe obligaret, & contra priores,  
qui existimant etiam in hoc casu stipulationem euc-  
tionis contrahi (quorum assentia remanuit Paulus in l.  
10. D. de statulib.) an d. l. 29. §. vltim. Serui praxaluit existiman-  
tis, non committit, quia etsi mentitus sim in quantitate  
dandae pecuniae, non tamen mentitus fui in genere co-  
ditionis, cum in danda pecunia conditionem existere  
dixerim. Conueniaturigitur ex empto adione; quia spe  
sua frustratus est emptor, quia aut plus laturum intelli-  
gebat, aut ob difficultatem maioris praestations, diu-  
tius in seruitute hominem sperabat, qua forte ratione  
plus emorat, *d. l. 29. §. qui ergo d. h. qui alienam 54. §. 1. D.  
de euct. l. si duorum 42. in fin. de act. empt. vbi scribentes.*

26 Vltorius vt euctio adionem pariat, Tertio neces-  
sarium est, emptorem iussum possessorem esse: quia pro-  
pter si sciens rem alienam vel alteri obligata emir, qua-  
rumais ci auferatur, de euctioe nec ad pretium agit,



nōdū traditū obligatū appareat, actionē ex emptō posse agere emptorē, vt liberū præstetur. Et rectè, nā re tradita si deceptus emptor non est, nullā aduersus venditorē eō nomine habet actionem, quoniam satis est ei præstari rem habere licere, *l. Iulianus, i. 3. §. i. c. i. l. seruus, 30. §. vl. D. de act. emp.* Re vero non tradita ideo agit quia res ex emptō tradi debuit, neque tradita est, *l. ex empto, i. 1. D. eod. pro qua semper libertas præsumitur, arg. tex. in l. in veditioe, 42. D. eod. l. minor, 39. C. eod. vt docet Donel. in d. l. ex his, n. 1.*

29 Demū sciendū est stipulationē propter euictionē (de qua postea) solū committi, si res euincatur emptori post traditionē à venditore ei factā, vt cum antiquioribus resoluit Cald. *de emp. c. 3 i. n. 35.* Nec contrariū mihi probat textus difficilis in *l. 3. D. de dol. excep.* ex quo contrariā sententiā defendunt Cuiac. *lib. 25. obs. c. 26. & lib. 7. Paul. ad ed. in d. l. 3. & Osual. ad Donel. lib. i. 3. com. c. 4. lit. F.* nā in *d. l. 3.* tantū proponitur, seruum venditū, cui relicta erat libertas si 10. dederit, illa heredi dedisse ante traditionē, nō vero negatur postea fuisse seruum (licet dissimulanter) emptori traditū: sicque textū in terminis habilibus accipere debemus, ita vt post traditionē seruus liber esse cognoscatur, & sic duplex stipulatio incipiat. vt Cald. *vb. sup.* Quod iuuatur, si aduertam stipulationis naturā strictā esse: ex eoque si alij quam emptori qui suo nomine stipulatus est, euincatur, non posse ipsam committi, vt alibi profitebatur ipse Cuiac. *de quo inf. n. 54.*

## Ad secundam partem.

30 **P**erfecto vero contractu, si concurrentibus quæ  
 desideramus res emptori ablata sit & euicta, est  
 ei ob euictionem actio ex empto contra vendi-  
 torem ex natura ipsius contractus; etiam si nihil de ea  
 dictum sit, *l. ex empto 11. in pr. D. de act. empr. l. non dubi-  
 tur, 6. C. de euict. l. vlt. C. de com. rer. alienar. l. 3. tit. 5. p. 5.  
 Et docent relati à Cauall. de euict. Menoch. com. 1. conf. 84.  
 num. 18. Corras. lib. 3. miscell. c. 10. Per quam vtique actio-  
 nem, non solum æstimatione rei, sed illud quod inter-  
 est non esse euictam, consequitur emptor, *l. venditor, 8.  
 vbi Doctores, l. si in venditione, 60. l. euicta, 70. D. de euict. l.  
 superempti, C. eod. l. 1. l. titius, 43. in fin. D. de act. empr.*  
 Quod equidem ex æqualitate conventionis resultat,  
 nam cum emptionis & venditionis contractus vltro ci-  
 troque obligatorius sit, *l. labeo, 19. D. de ver. sig. & emp-  
 tor soluere pretium teneatur, l. 1. D. de rer. perm. illum-  
 que accipientis facere, l. ex empto 11. §. Et imprimis, D.  
 de act. empr. venditor vero tantum rem tradere obligetur,  
 ita vt si dominus sit dominium trāsferat, sin minus  
 vsucapiendi conditionem præstet, *l. clauibus, 74. D. de cō-  
 trah. empr. omninoque rem facere emptoris non cogi-  
 tur, l. si ita 25. D. eod. ex eleganti ratione quam tradi-  
 dit Bart. in l. qui concubinam, 29. §. si heres, D. de legat. 3.  
 merito receptum est, vt re euicta & ablata emptorem  
 præstet indemnem, *d. l. venditor cum supracitatis Bald.****

*in l. si tibi 22. C. de euict. Molin. de iust. rom. 2. tract. 2. disp.*  
380:

31 Quod autem diximus, venditorem dominium transferre non teneri, si dominus non sit, ita accipiendum est: ut tamen habeat animum transferendi, nam si contrariam habuisset voluntatem, dubio procul vitaretur contractus, & in aliud genus conventionis mutaretur, *l. cum mansuata, 80. §. fin. D. de contrah. empt. Benedict. Pinell. lib. 2. select. c. 6. n. 21.* Illud etiã quod diximus, ipsum venditorem tantum rem tradere teneri, sic procedit, ut vacuum possessionem tradere cogatur, *l. 2. C. de acq. posses. l. 2. §. ult. D. de act. empt.* quam obligationem, nõ nudum factum tradendi, sed causam bonorum continere, scribit Ulpianus *in l. in conuentionalibus, §. 2. §. 1. D. de ver. ob.* Per causam vero bonorũ, intelligimus causam, qua fiat ut res emptori tradita in bonis eius, seu pro sua habeatur, ita ut ipsa frui liceat, & eo inuito alij eam tenere non liceat, *iuxta textum in l. rem in bonis, D. de acq. rer. dom.* Hoc sic cum Donello tenemus *lib. 12. com. c. 2. & in d. l. §. 2. §. 1. non admissa sententia Cuiac. ad tit. D. de ver. ob. in l. si rem 28.* qui putabat per causam bonorum intelligi, ut per vacuæ rei traditionem fructus & partus emptor consequatur, quod aperte est contra Pomponium *in l. 3. §. 1. D. de act. empt.* De cuius textus explanatione & vera concordia cum textu *in l. 4. D. de usur.* videndus Donell. *vbi sup. in d. §. 1.* qui sententiam impugnat Cuiacij.

32 Ultra dictam actionem, quæ ex natura contractus

competit emptori, solent inter ipsum & venditorem  
 (sicut inter alios quoslibet contrahentes, *l. sciendum, § 2*  
*D. de euct.*) stipulationes interponi, quibus simpla, du-  
 pla, triplū, vel quadruplum à venditore promittitur, si  
 res euincatur, *l. euicta, 16. l. si dictum, § 6. D. de euct. l.*  
*si donat. e, 36. D. de donat. inter.* Inter quas, duplæ stipula-  
 tio frequētius interponebatur, *l. quod si nolit, §. quia assi-*  
*dua, 19. D. de Edil. edict. cuius forma describitur à Cu-*  
*iacio tra. 6. ad Afric. in l. non carmen, 24. D. de euct. in eum-*  
*modum: vt vēditor emptori de euictione stipulāti pro-*  
*mittat, Rem nō euinci, ei heredi que suo habere licere;*  
*dolum malum abesse ab futurum que esse: quod si ita fa-*  
*ctum non fuerit, duplum præstet, & idem reperit Cuiac.*  
*in rubr. C. de euct. tradit que Horom. lib. 21. epitom. titu. 2.*  
*n. 3. Donell. in l. si tibi, 25. C. de euct. n. 7. Amplior vero*  
*forma scribitur, in l. § 6. tit. 18. p. 3.*

33. Huius duplæ stipulationis tantum erat vsus, cum  
 mancipium, aut res non contemptibilis venūdabatur,  
*l. emptori, 37. D. de euct.* Indeque interpretor verbā fina-  
 lia textus *in l. si carmen, 48. D. de Edil. edict.* quibus sim-  
 plariarū non dari redhibitionem demonstratur, id est vi-  
 lium, & contemptibilium rerum, circa quas simplæ sti-  
 pulatio solum admittebatur, *vt ad aduertit. Brisson. de*  
*verbor. signifi. verb. simpla. Cald. de empt. cap. 31. numer.*  
 39.

34. In his igitur duobus casibus, vt duplam promit-  
 tat venditor (si spōte sua distrahat, *l. qui erat, 49. D. fam.*  
*erc. & ibi Cuiac)* compelli potest, *l. quod si nolit, §. quia*  
*assidua.*



assidua, D. de Adil. ed. d. l. emptori. 37. D. de euct. Grego.  
in l. 3. tit. 5. p. 5. Vuesemb. ad tit. D. de euct. nu. 4. Donell.  
ubi sup. n. 2. Sed aduertendum est, hoc nec iure regio nec  
consuetudine esse receptum, ut apparet. ex d. d. 32. in fin.

¶ Greg. ibi glos. vlt. Vnde super vacua est iure nostro  
Castellæ illa quaestio, quam tractat Barbo. in l. estima-  
tis. 5. r. D. solu. marr. n. 16. an mulier quæ dotem aestimata  
tradit, duplâ repromittere teneatur, ad explicationem  
textus in l. non solum. 5. 2. D. de iure dor. de qua videndus  
Bald. Nouell. de dote. 7. part. privileg. 23. qui etiam atton-  
to iure communi non teneri mulierem, contra magis  
receptam opinionem affirmat, ut restatur Barbo. ibi-  
dem.

35 Vriusque autem huius actionis ex empto & ex  
stipulatu, datur emptori ad agendum electio, l. pradia  
28. D. de act. empt. l. 41. & sequent. D. pro soc. Cuius in  
dict. l. pradia, Molin. de iustit. tom. 2. tractat. 2. disputat.  
380. Donell. in l. si tibi 25. C. de euct. num. 16. quamuis An-  
ton. Fab. lib. 3. coniect. cap. 1. teneatur per duplæ stipula-  
tionem, ex empto actionem consumi, cuius funda-  
mentis respondet Ouald. lib. 13. comment. ad Donel. 5. 4.  
lu. F.

36 His prælibatis circa harum actionum naturam,  
quid singulare vnaquæque habeat, ex differentijs inter  
vtramque tradendis colligi valebit. Prima autem cir-  
ca illam disceprationem versatur, an aestimatio præ-  
tij quod venditor reddere debet, ad tempus venditionis  
vel euictionis sit referendum.

Et cum communi  
senten.

sententia affirmandum est, quod si emptor si stipulatione agat, tunc contractus tempus erit inspiciendum, *l. bonitatis 13. l. si fundo, 53. l. ex mille, 64. D. de euct.* ita ut duplum præstari debeat (vel simplum, si simpla promissa sit, & sic de singulis) bonitatis illius, quam res tempore venditionis habebat. Idcirco fundo eucto qui 10. vēditus fuit, 20. præstabuntur: si vero pars euincatur, & singulis partibus pretium dictum fuit, eius partis quæ eucta est pretium duplabitur, *l. fundo, 53. D. de euct.* Quod si singulis partibus pretium non fuit assignatū, sed confuse vno pretio fundus vānerit, ita distingues: aut pars pro diuisso euincitur, & tunc æstimatio nō præstabitur pro modo iugerum, licet in emptione modus enunciatiue dictus sit, sed pro qualitate & bonitate partis euctæ, vt si fundus 10. est venditus, & pars eucta 8. erat digna, in euictionem 16. nomine duplæ veniant, *l. ex mille 64. l. non in dimidiam 14. D. de euct.* Hoc certe expeditum est, si iusto pretio fundus emptus appareat si autem dimidio minoris vel dimidio pluris emptus fuisset, respectiue æstimatio fiet: quod exemplo manifestius explicabitur. Finge fundum 20. dignum, 10. emptum esse, si pars eucta 8. valebat, 4. est æstimāda, quia tantumdem venit, & 4. duplabuntur ex stipulatione. si euct & è contra si dignum 10. emisti 20. parsque eucta 8. æstimetur, 16. appreciabitur, & 32. in duplum venient. Si autem pars pro indiuisso euictionē patiat, cum eius nulla qualitas subsit, æstimatio non pro bonitate, sed pro quātitate & modo fiet, *l. 1. D. de euct.* ita vt  
 si agri

si agri mille iugerum ducenta pro indiuiso euincantur, pro quinta parte pretij stipulatio committeretur, etiam si euictionis tempore diminutus vel auctus fundus proponatur. Et ut vno verbo complectatur pretium datum pro re vel parte euicta si stipulatione agatur, duplandum erit, *d. l. ex mille, 64. l. cum fundus, 48. D. de euict.* At iure regio attendenda sunt verba finalia textus *in l. 52. in 5. p. 5.* & ibi Greg. & Speculator, *tit. de emp. §. 1. col. 2. iun. & his quæ infra dicemus, n. 45.* nunc obseruabis *cum Osuald. vbi supra* in duplo valorem rei includi.

37 Si autem actione ex empto experiatur emptor, tempus euictionis esse spectandum, probant non pauca iura, textus *in l. iudicis, 43. in fin. D. de act. emp. l. venditor 8. l. euicta 16. l. si cum venditor, 66. §. vlt. l. euicta, 70. D. de euict.* quod illam rationem habet, nam cum emptori debeat præstari, id quod interest rem euictam non esse, eius temporis æstimatio inspicitur quo euicta res est. Diuersum in stipulatione, quæ cum stricti iuris sit, & in ea promittatur duplum æstimationis rei, aduertitur æstimatio illius temporis quo stipulatio est interposita: ea autem æstimatio, est pretium inter partes constitutum, *l. si fundo, 53. D. de euict.* ac propterea pretium duplatur, *vt docet Doyell. in l. si tibi, 25. C. de euict. Cuius lib. 7. quæst. Pap. in d. l. ex mille & lib. 2. obs. cap. 37. Caualin. in tr. de euict. in addit. ad §. 4. Cald. de emp. cap. 31. num. 40.*

38 Verum obstat textus difficilis *in l. sed etsi 15. D. de euict.* vbi scribitur, quod si postquam alluione accessit, fundus

fundus euietus sit, in actione ex stipulatu bonitatem nō  
 aestimari, quæ fuit venditionis tempore, sed cum allu-  
 uio accevit, Quod nec dictis congruit nec Papiniano  
 in d. l. ex mille, 64. §. quod si. D. de euiet. In hac difficulta-  
 te reiecta opinione Donelli, in d. l. si tibi, 138. C. de euiet.  
 no. 9. & alia, quam reiecit Accurs. in d. l. 15, sequendam  
 arbitror communem sententiã quæ agnoscit, in d. l. 15.  
 ponendum esse, inter contrahentes aliquid de eo quod  
 accederet alluuiione fuisse specialiter conuentum: forte  
 quia in illa regione frequentes alluuiiones essent, & fun-  
 dus emptus vicinus flumini erat, vt aduertit Cuiac. lib. 7.  
 quest. Pap. in d. l. ex mille, §. quod si, & lib. 26. obs. c. 37.

39 Cum iam liquido constat cuius temporis bonita-  
 tem in his actionibus ad rem æstimandam inspicere oportet,  
 nunc quid in illis extra pretium rei euietæ propter  
 interesse veniat, est aduertendum. Et actione ex stipula-  
 tu nihil aliud contineri, quam simplex, duplum, vel  
 illud quod in obligatione deductum est, nō dubitatur,  
 cum stricta sit, l. quidquid. 99. D. de ver. ob. Actione vero  
 ex empto præter pretium rei, etiam illud venit quod in-  
 terest rem euietam non esse, cum bonæ fidei sit actio, d.  
 l. venditor, 8. D. de euiet. l. si controuersia, 9. l. cum successores  
 23. C. eod. quod ex damnis sequuntis & commodis circa  
 rem, quæ propter euietionem cessauere, metiendum  
 est, l. si commissa, 13. D. rem rat. hab. vt prosequitur Donel.  
 lib. 23. com. c. 22. Cuiac. lib. 15. D. Iulian. in d. l. venditor, &  
 tract. 8. ad African. in l. si fundus, 32. D. locat. Cauall. in  
 tract. de euiet. in addit. ad §. 4. lit. A. Forcatol. dialog. 42.

¶ Doctores in l. vn. C. de sentent. qua pro eo quod interest.

40 Ex his deducitur inter pretatio vera ad textum, in l. si duos 47. D. de euct. in cuius specie, duo serui venditi proponuntur singuli quinque, & tamen si alter euincatur, licet alius qui remanet decem dignus sit, euictionis actio emptori conceditur, quia et si nihil absit, tamen eius interest etiam alium seruum habere: cum prater ea euictio in singula capita spectetur, l. cum plures 72. D. eod. Nec obstat textus, in l. si duorum 42. D. de act. emp. vbi in simili casu damnum cum lucro compensandum docetur. Nam respondet Cuiac. tra. 8. ad African. in d. l. si duos, illum textum procedere quando cōfusse vno pretio duo serui, vel duo fundi venditi fuerūt, nec refragantur verba vltima tex. in d. l. si duos, quia qui ibi dicuntur vcnisse simul, nō dicuntur vno pretio vcnisse, *Mac. lib. 4. de tac. lit. 17. n. 21. Cui. lib. 2. q. Pau. in d. l. si duorum vbi de cōsultatione tex. in l. si negotia 11. D. de neg. gest. cū l. de illo 23. §. 1. l. 25. & seq. D. prof. :* Huc etiā spectat decisio tex. in l. qui fundi 45. D. de euct. de qua videndus Donel. in l. si finis 10. C. de euct. *Mane. vb. sup. n. 25. Castill. 4. rom. contr. c. 42 n. 65 & 106.*

41 Inde etiā inferitur, aliquando emptorē consequi dumtaxat pretiū, quia eius nihil ultra interest. Vnde lucē accipiunt quā plurima iura tex. in l. si vēdidero 9 l. si ei 41. §. si rē D. de euct. l. cui res 29 D. de act. emp. l. huiusmodi 84. §. qui seruū vers. quod. D. de lega. 1. l. seruū Titij 49. in fin. D. mandat. de quibus postea cōmodiori loco. Neque obstat tex. in l. sed etsi 25. §. si rē D. de per. hered. vbi

apparet bonæ fidei possessore, qui rehereditaria distra-  
xit, nec de pretio qui de emptori teneri si res euincatur.  
Nā respondetur, Vlpianum ibi tantū docuisse, rebus à  
bonæ fidei possessore venditis, ita vt factus non sit lo-  
cupletior, non posse petitorum res ab emptoribus vin-  
dicare, si ipsi a bonæ fidei possessorem regressum ha-  
bent: ne oblique fiat præiudicium petitioni heredita-  
ris, cum directo bonæ fidei possessor in hac specie non  
teneretur, *l. virum, 23. D. eod.* Quod innuit aliquando  
emptorem contra venditorem regressum non habe-  
re, & verum est: scilicet, in specie supra à nobis tradi-  
ta, n. 26. vt aduertit Accursius in d. §. item rem: de cuius in-  
tellectu videndus Donel. lib. 19. com. c. 14. vers. eueniet.

42 Ex quo dimanat interpretatio ad textum in *l. si  
plures, 74. §. 1. D. de euict. l. si ob causam, 13. C. eod.* vbi  
actio ex empto competit ad pretij tantum restitutio-  
nem contra debitorem, quando pignora ob causam  
iudicati capta, iussa magistratus distrahuntur per ap-  
paritores, & postea emptori euicta sunt. Nec abs re,  
quod enim debitore inuito ob alio gestum est, non  
proprie ab illo venditum dicitur, itaque ultraquā ad  
eum peruenit, teneri, non est ex bona fide, vt scribit Do-  
nel. in d. *l. si ob causam*. Creditorem autem euictionem  
pignoris (nisi ipse promissit) non debere, certum est:  
non solum quando per subhastationem iudicis iussu,  
pignora distrahuntur, sed quando ipse creditor ex pa-  
cto vel lege pignora vendidit, *l. ex empto 11. §. senten-  
tiā, D. de act. emp. l. etsi 10. D. de dist. pig. l. 1. C. 2. C. credi-  
torum*

iorē euidēt pig l. 50. tit. 13. p. 5. & ibi Greg. gl. 5. iuxta elegantem distinctionem traditam ab Ant Fab. de error. prag. lib. 1. decad. 1. err. 10. quam sequitur Castill. 4. tom. contr. c. 42. n. 71. & 110. Quod adeo verū est, vt si pretio nondum soluto res euincatur, retentio pretij contra creditorem emptori denegetur, l. cum ea, 68. D. de euidēt. vbi Cuiac. lib. 11. resp. Pap. sed creditor tantum tenebitur ei cedere actionem pignoratitiam, l. in credito re, 38. D. eod. quæ aliquando ipsi creditori in duplum accommodatur, l. si pignore. 22. §. ult. cum l. seq. D. de pig. act. & ibi Bart. Greg. vb. sup. gl. 4. Miror igitur doctissimum Castill. vb. sup. retentionem hanc emptori contra creditorem absolute concessisse contra textū in d. l. cum ea, vt ex ipso apparet, n. 79. in fin. Eius tamē eruditam sententiam recipiendam existimauerim, in illa tantum specie quando iussu magistratus pignora distrahuntur, cum tunc creditor proprie non sit venditor, vt ipse late prosequitur, vb. sup. n. 97. & 110.

43 Circa illa quæ dicebamus emptorem non solū pretiū rei euictæ consequi, sed etiam illud quod eius interfuit, rem ablatam non esse, superest aduertere, illud interesse duplum non posse excedere, vt Iustinianus decidit, in l. vn. C. de sentent. qua pro eo quod interest. Quod antea iam erat à Paulo & Africano notatum, in l. Titius, 43. in fin. cum l. seq. D. de act. empt. in illo singulari euentu, quando venditor mediocrium forte erat facultatum. Et Imperator in d. l. vn. generaliter extendit ad omnes contractus certam naturam vel

quantitatem habentes, vt explicat Donell. lib. 26. com. c. 2. i. Cuiac. tra. 8. ad Africa. in l. cum & forte 44. D. de act. emp. Bart. & ordinarij in d. l. vn. Forcatol. dialog. 34. Gracian. com. 2. discip. c. 205.

44 Vtrum autem hoc procedat, quando quis sciens rem alienam vendidit, ita vt similiter illud quod interest duplum non exuperet, magna est dubitatio inter Doctores: nam Bade. in tr. de act. emp. n. 52. Rebus. in d. l. vn. n. 17. negatiuam partem defen- dit. Alciatus vero in tr. de eo quod interest cap. 13. Lortatus eod. tra. axiom. 27. pro contraria concludunt, nullumque discrimen in hac parte constituunt, an scienter vel ignoranter rem alienam venditor distraxerit. Quae sententia multis verior apparuit. Mihi tamen semper visum fuit, venditorem rem alienam non nescientem propter totum interesse condemnandum fore, nam praeter quam quod hoc probant aperte textus in l. Iulianus 13. in pr. l. idque 45. §. 1. vers. in omnibus, D. de act. emp. etiam ex praefata constitutione Iustiniani haec innotescit veritas: si aduertamus, dolum cuius ratione hic obligatur venditor, certam naturam vel quantitatem non habere, cum pluris vel minoris ex rerum differentijs possit appretiaris: eiusque aestimatio rei aestimationem non contineat, neque respiciat, l. seruis 30 §. 1. D. de act. emp. docet Donell. lib. 23. com. c. 19. Cuiac. vbi prox. Bart. in l. Titius 43. D. de act. emp. vbi Cast. n. 5.

45 Quomodo hoc duplum sit computandum, etiam controuertitur, sed verior videtur illorum sententia,

qui



qui afferunt pretium conuentum duplandum esse, vs  
testantur Decius, Rebus, Cuiac. *in d. l. vn. C. de sent. que  
pro eo quod inter est. Donel. lib. 26. com. c. 20. idem Cuiac.  
tr. 7. ad Afric. vb. sup. Fachin. lib. 2. contr. c. 48. quamuis  
Accurs. & Bart. in d. l. vn. putauerunt, pretium commu-  
ne esse duplandum, si maius pretio conuento sit: &  
econtra, pretium conuentum in duplum iri, si maius  
comuni videatur, quorū doctrinam iure regio sequi  
posse tentauerunt, attenda dispositioe textus *in l. 32.  
tit. 5. p. 5. in fin. Aduertestamen in duplo pretium rei  
in esse, vt obseruat Cuiac. vbi prox.**

46 Hic etiam monendi sumus, in id quod interest  
emptoris rem euidam non esse, etiam expensas & me-  
liorationes in ipsam rem factas, si tamen melior red-  
dita est, esse computandas, *l. conuersionia 9. C. de euidet.  
quas debet emptor imprimis à domino vindicare cō-  
sequi per exceptionē doli, l. id q. 45. §. 1. D. de act. emp.  
Donel. lib. 20. c. 7. Quod si nō fecerit, quia sine culpa  
re nō possidebat: vel si facere neglexerit, quia veditor  
dolose sciēs rem alienā distraxerat, regressus ei cōtra  
venditorem conceditur, *d. l. id que 45. vers. in omnibus  
Castr. in l. Titius 43. D. de act. emp. n. 5. Donel. in l. superē-  
pti 16. §. in l. 25. C. de euidet. Menoch. de arbit. cas. 258.  
Garcia de expensis c. 7. à n. 14.**

47 Inter prædictas actiones secūda differētia est: q  
actio ex empto ex cōtractu nascitur, etiā si nihil expres-  
se de ea careatur, *d. l. nō dubitatur 6. C. de euidet. cū sup. 26  
latis, n. 30. actio vero ex stipulata vt cōpetat, necessariū*

est

est, stipulationem specialiter interponi, *l. si tibi, 25 ibi quantum in hanc, C. de euct. l. vindicantem, 7 ibi ex causa stipulationis, l. 74. D. eo d. l. 32. tit. 5. p. 5. Vt cemb. ad tit. D. de euct. Caual. in tr. de euct. in addit. ad §. 1. Cald. de empt. cap. 31. num. 34.*

48 Verum hanc differentiam destruit textus difficilis in *l. 2. D. de euct. vbi probatur, etiam dupla non promissa eo nomine agi posse. Sed reiectis varijs interpretationibus dicendum puto, emptore agente ex empto, vt venditor duplam ei promittat, si venditor recusauerit, condemnandum esse eum dupli, id est, vt dupli caueat, ad quod tenetur: ex *l. quod si nolit, §. quia assidua, D. de Adil. ed. quem existimo esse verum sensum tex. in d. l. 2. Quod si non fecerit venditor, ex tunc iudicij ille erit, vt dupli condemnetur, hoc est propter contumaciam statim duplum præstet emptori, argu. rex. in *l. locum, §. condenario, D. de tab. exhib. Accurf. & Barc. in d. l. 2. Donel. in d. l. si tibi, 25. C. de euct. n. 12. & in *l. 5. D. de ver. ob. nu. 27.****

49 Ex quibus euenit, vt si per errorem pro dupla simplam stipulatus sit emptor, re eucta consequatur ex empto quantum minus stipulatus sit, cum in re amittenda, neque error iuris ei noceat, *l. quæ 79. D. de lega. 2. Donel. lib. 1. com. 21. si modo omnia fecerit emptor quæ ad eum pertinent, id est denūtiauerit auctori (de quo *inf.*) Quod si non faciat, quia neque res eucta fuit, neque de euctione actum, tantum consequetur vt ei re promittatur vsque ad implementum duplæ, ex *d. §. quia**

quia assidua. Est textus sic intelligendus, in l. emptori  
 37. §. si simplam, D. de euict. quem alij nō percepunt.  
 50 Nec refragatur dicto principio textus in l. in vē  
 ditione, 60. D. de euict. vbi verba insinuant, simplem sti-  
 pulationem subintelligi, etiam si de ea nihil dictum  
 sit, vt in trepide affirmat Vuesemb. ad tit. D. de euict.  
 num. 3. quem sequitur Doctor Antonius Pichard. in §.  
 si finium inst. de offi. iud. c. 10. n. 125. Nam eorum opinio  
 ne explorata, responderetur, in ea specie simplam & in-  
 teresse actione ex empto consequi emptorem, vt ab-  
 solute fatetur Anton. Fab. lib. 2. coniect. c. 3. quoniam  
 distinctio quam fecit Consultus eo tendit vt simplam  
 valoris. ob euictionem semper præstari debeat, inte-  
 resse vero tantummodo quando adit: vt sensit Barb.  
 in l. venditor 49. D. de iud. n. 3.

51 Ceterum præter alios quos viderim, tertium in-  
 ter dictas actiones obseruo discretiorem, ex quo p'urima  
 iura alias obscura clara fiunt. Nempe stipulationem  
 duplæ non committi, nisi res præcisse vel eius æstima-  
 tio iudicio ablata sit: diuersū in actione ex empto, nā  
 quoties propter angustias negotij res vel æstimatio  
 iudicio non euincitur, & tamen aliquid abest empto-  
 ri, ex bono & æquo actio ex empto ei accommodatur.  
 Vnde interpretor textum in l. si ei 41. §. itē, D. de euict.  
 vbi scribit Paulus, q' si domino serui ab alio venditi  
 heres existat emptor, quoniam euinci ei non potest  
 nec ipse sibi videtur euincere, stipulatio duplæ non  
 committatur. In his autem casibus ex empto agendū  
 esse

esse monet. Ex eadem ratione venit interpretatio ad textum in *l. si vendideris 9. l. non tamen 24. D. de euct. l. seruum Titij in fin. D. mandat. & aduertit Cuiac. tr. 6. ad Afric. in d. l. non tamen.*

§ 2. Similiter lucem accipit textus difficilis, in *l. cui res 29. D. de act. empti* vbi proponitur, quod si mihi sub conditione res legata sit, eamque ignorans ab herede emerim, postea conditione existente & legato cognito, possum actione ex empto ab herede pretium consequi: cuius illa ratio est, quia res censetur quasi euicta, *l. huiusmodi 84. §. qui seruum, D. de legat. 1. cum ex causa legati illam habere videat. l. 4. D. ad l. falc.* Actio vero duplex in hac specie non concederetur, quia neque iudicio neque executione res emptori ablata fuit: in quo sensu etiam accipio textum, in *l. habere 57. §. 1. D. de euct.*

§ 3. Sed non leuis scrupulus remanet ex vltimis verbis, *d. l. cui res 29.* quae actionem ex empto tribuunt emptori, quia non ex causa legati rem habet, quod difficile redditur, *ex d. l. 4. D. ad l. falc.* Sed reiecta emendatione An. Fab. lib. 5. comect. c. 14. qui legit. *Quia nunc ex causa, &c.* dicendum est, illum locum ita intelligendum, vt detur actio emptori ad pretium, quia non ex causa legati rem habere videtur, cui pretium eiusdem rei abest, vt docet Cuiac. lib. 16. quest. Pap. in d. l. 4. Ne igitur alia iura contraria videantur (*scilicet textus in l. plane 34. §. quod si rem. D. de leg. 1. cum alijs*) auertere placet, etiam in praedicta specie, actione ex testamento emptorem simulque legatarium pretium consequi, non directè

directe quia pretium in testamento relictum non est, sed dum agit ut res illi restituatur, quam ex causa onerosa habet: a cuius petitione non liberabitur heres, nisi pretium quod illius rei causa abest, ei reddat, nam res abesse videtur illi cui pretium abest. *S. si res aliena inst. de legat. l. ult. §. ult. D. de legat. 2. l. quidam 25. §. si quis D. ad Trebel. Ant. Fab. lib. 12. coniect. c. 18.*

54. Ulterius colligitur vera interpretatio ad textum in *l. sicum 66. §. si secundus, D. de euct.* in cuius specie venditor secundus, procurator datus, in rem suam ab illo cui ipse rem vendidit, & litis æstimationem sufferens, quia non restituit, non habet regressum ex stipulatione pro euietione contra suum auctorem primum venditorem, ea scilicet ratione. Nã cū stipulatio stricta sit nõ committitur, quia procuratorio nomine soluit, quod si suo proprio solueret committeretur. *l. si seruus 21. §. & ideo, D. eod.* Verũ quoniã damnũ euietionis patitur eo quod actione mandati nihil percepturus est, cum in rē suã procurator datus esset, cõceditur ei actio ex empto (quã ex vendito vocat ibi Consultus, *ut etiam in l. multum 19. D. de hered. vel act. vend.*) aduersus auctorem suum, ad quẽ periculũ euietionis pertinet, *ut explicat Cuiac. lib. 28. quest. Pap. in eod. §.*

55. Ex dictis deducitur, quod si res fuerit eucta ut diximus, & stipulatio comissa sit, postea nec traditione ipsius rei resolui potest, *dict. l. habere 57. §. vltim. D. de euct.* at vero in eo casu, quamuis verum sit, emptorem nec ex empto agere posse ad rem euctam

consequenſiam, vt contra pragmaticos aliquos defen-  
dit Baſeus *de act. emp. pag. mihi 241*. Cauallin. *de euct.*  
*act. §. 2. lit. C.* tamen ſi venditor qui rem recuperauerat,  
eā emptori offerat (dū ille aliam nō emiſſet, *ſi in lege*  
*24. §. colonus, D. locat.*) liberabitur, ſi vitra præſtet etiā  
interreſſe, vt diſerte probat Papiu. *int. emptori 67. D. de*  
*euct. l. ſi deiuſſor 15. D. de dol. excep. Cuiac. lib. 10. reſp. Pap.*  
*in l. l. emptori.* Nec obſtat textus *int. ſi vero 65. §. vlt. D.*  
*ſolu. marit.* vbi maritus liberatur reddendo vxori tantū  
modo ipſas res, quas habuit ex hereditate liberti (quē  
ipſe maritus ſeruum dotalem manuſſerat) licet ad  
extinctionē fuerit obligatus. Nam reſpondet Cuiac.  
*vbi proxime*, illud benignius admiſſum eſſe, quia nullo  
damno afficitur mulier ſi ipſæ res hereditariæ ei tra-  
dantur, quæ ad maritum ex bonis liberti peruenerunt.  
ſecus in emptore cui damnum ob euiſtionem ſequutū  
reſarciri debere, iam probauimus.

56 De mum inter vtrāque actionem, quæ artam illā  
conſtituo differentiam: vt ſi euiſta ſit quælibet pars  
rei venditæ, ſiue retineat nomen totius ſiue non, com-  
petit actio ex empto, quæ bonæ fidei eſt, & propter cō-  
moda ratione rei ad emptorē pertinentia datur, ideo-  
que euiſta columna domus emptæ, hac actione agitur,  
*l. cum qui ades 23. §. ſi tamen, D. de vſucap.* quemadmo-  
dum ſi ancillæ venditæ partus euincatur, *l. venditor 8.*  
*D. de euct.* nam partus quodammodo venditus cenſe-  
tur, *l. ſi quod 73. D. delegat. 2. l. huiſmodi 84. §. legatū, D.*  
*delegat. 1.* Si autē pars quæ euincitur rei, nō retineat no-

mentorius siue homogenea non sit, actio duplici denegatur, *l. nauae 36. D. de euet.* quia cum duplici stipulatio stricta sit, *S. actionum inst. de act.* nihil aliud continet, quam quod verbis comprehensum est, *l. quidquid 99. D. de ver. ob.* itaque domus emptæ cuiusda columnæ vel cæmentis, hæc actio cessat, *d. l. nauae 36.* sicut si ancillæ venditæ partus euictus fuisset, cessaret, *l. si prægnans 42. D. de euet.* nã partus vero venditus non fuit, *l. si aliena. 10. inst. D. de usucap. l. qui vas 48. S. ancilla. D. de furt. explicat Guiac. lib. 15. D. Julian. in d. l. venditor & lib. 23. q. Pap. in l. si quod 73. Bened. Pinell. lib. 2. select. c. 1. 57.* Vnde si pars hominis euincatur, stipulationem duplici non committi iam constat, nisi pro parte etiã cautum sit: nam parte hominis euicta, homo non videtur euictus, *l. si dictum 56. S. in stipulatione. D. de euet.* Quod, differentia hac non animaduersa, adeo nouum vitium fuit Accurs. Bart. & antiquioribus, *in l. 1. D. de euet.* vs existimaret hoc esse speciale in homine propter eius excellentiam, arguere quis *in l. iustissime 44. D. de Edil. edict.* Nec aduersatur textus *in l. si mancipium 34. S. si communis. D. de euet.* nam ibi totus homo venditus fuit, quem alter postea insolitum euicit, vnam partem ratione dominij, aliam adiudicatione iudicis, *vt in l. si quis 6. S. idem Iulianus. D. commun. dicit.* Idcirco cum totus euincatur homo, merito stipulatio committitur, cū non intersit quo genere indicij euictio procedat, vt re habere non liceat, *d. S. si communis.*

58. Ex eodem principio proficiscitur, vt euictio vsu

fructu, etiam actio duplex contra venditorem compe-  
 rat, nam cum usufructus pars fundi ita censetur, ut  
 qui fundum dare promissit, nō videatur dedisse si vlt.  
 fructus detrahatur, *l. qui § 8. D. de ver. ob. & portiois in-  
 star obtineat, l. in filius 76. §. dominus l. in cuius 66. §. pe-  
 n. ult. D. de leg. 2. cum alijs, et enit, ut eo eucto, tamquam  
 eucta parte fundi, stipulatio locum habeat, *l. sed si 15. §.  
 1. l. vacca 43. l. si ab emptore 49. D. de euct. l. in vendendo  
 66. D. de contrah. empe. Cuius tra. 6. ad Afric. in l. fundum  
 46. D. eod. sic intelligendus Ant. Gom. com. 2. var. cap. 2.  
 num. 45.**

59 Sed certe difficillimus est tex. in l. *et per ius iuran-  
 dum 13. §. illud, D. de acceptilac.* quo loci acceptilatio  
 usufructus fundi antea promissi nulla est, tāquā de par-  
 te homogenea nō cōcepta, nō magis quā si dom' pro-  
 missi camenta vel fenestras accepto ferrentur: quod si  
 verū est, supra dicta certo certius dilabūtur. In hac diffi-  
 cultate Donel. *lib. 9. com. 9.* ait acceptilationem in hac  
 specie nōn valere, quia cū stricta sit, nullius rei pars ac-  
 cepto ferri potest, nisi illius quæ nominatim in obliga-  
 tionē deducta est: & ideo quia fundus proponitur no-  
 minatim promissus, acceptilatio usufructus nulli' est  
 momenti, quia pars fundi nō est, licet sit dominij pars,  
*l. 4. D. de vsufr.* Hæc tamen Donel. sententia nō placet,  
 nā præter quā ex illa necessariū erat concedere, nec sti-  
 pulationē duplex propter vsu fructū euctū cōmitti,  
 cū stricta sit: ex eo etiam Donellus conuincitur, quia sti-  
 pulatio similiter stricti iuris est, & fundo promisso vsu  
 fructum



fructum promissum intelligimus, d. l. qui 58. D. de ver. ob. nā in stipulationibus est angusta interpretatio fieri soleat, l. quidquid 99. D. eod. tamē id ante omnia sequimur quod actum est, l. semper 34. D. de reg. iur. Ant. Fab. lib. 15. coniect. c. 8. sup. 209. ubi dicitur, si in stipulatione 60. Itaque varijs interpretationibus consulto ommissis, opinor in d. §. illud, inutilem acceptilationem esse, nam cum hæc imaginaria solutio sit, l. 4. §. 5. D. de acceptila. §. i. inst. quib. mod. toll. oblig. si fundo promisso vsusfructus accepto feratur, idem erit ac si solutus realiter fuisset, cum fictio imitari veritatem debeat, l. filio 23. D. de lib. & posth. Tunc enim ex solutione reali vsusfructus, pro illa parte non contingeret liberatio, l. si ita 126. §. Titius, de ver. ob. ergo neque continget ex solutione imaginaria, acceptilatione scilicet. Ratio est, nam quotiescumque de vsusfructu separato agitur, desinit ad instar portionis haberi, & formalis seruitus constituitur, quæ propter pars rei in obligationē deductæ non est, ac per consequens, nec vt pars debita solui vere vel fide potest. Diuersum autem est quando fundus promittitur, quia vsusfructus casualis promissus censetur, d. l. qui 58. d. l. si ita 126. si quidem pro eo tantamquam pro parte rei debita fideiussor accipitur, l. si areo §. si areo, D. de fideiussor. (reiecto Ant. Fab. lib. 15. coniect. c. 8. qui finalia verba tex. in d. §. si areo Triboniano tribuit.) Indeque qui fundū habere licere promissit, et iam de vsusfructu cōiuncto intellexit, qua propter eo euicto stipulatio cōmittitur, cū pars rei deducta in obligationē euincatur.

euincatur. Hæc licet obscure insinuat Bar. *in d. l. et per  
ius iurandum 13. §. si id quod, Paul. Castr. omnino vidē  
dus, in d. §. si reo.*

61. Vnde si seruum vel fundum mihi vendideris, &  
dixeris vsumfructū in eo Seij esse, qui Seij nō erat, sed  
Sempronij: Sempronio eum vindicante, mihi ob cuius  
etionem dupla teneberis. Idem erit, si verum esset Seij  
esse, sed post mortem suam relictum sempronio: nā  
si post vsumfructum finitum in persona Seij, Sempro-  
nium eum vindicauerit, stipulatio similiter committe-  
tur: ea ratione quia simpliciter fundus venditus fuit,  
qui vsumfructum includit. Illud enim quod dictū fuit  
vsumfructum Seij esse, pro eo tantum est, ac si dixisses  
non subijcere te defensionem aduersus Seium si vsumfru-  
ctum vindicaret, ac sic alio quam Seio vindicante, tene-  
neris, est textus difficilis *in l. minor 39. §. si, D. de euict. et  
inuat tex. in l. si rem 62. D. eod.*

62. Verū priori parthillius q̄ dicebamus & tex. *in d. §.  
fin. obstat* Pōponius *in l. fundū. 7. D. de act. emp.* qui in  
eadē specie responderet, euictionis nomine cōtra te agi  
nō posse quādiu Seius vixit, vel integri status est, cuius  
vsumfructum esse dixisti, sed expectandū esse vt Seius  
moriatur vel capite sit minutus: quibus in casibus si  
Seij vsumfructus esset ad proprietatem rediret, *l. 46. D.  
de euict. Donel. lib. 10. com. c. 7.* In hac difficultate omisso  
*Accurf. in d. §. vlt. verb. Seium, & Cuiac. lib. 57. Digest.  
Iul. in d. §. fin. responderi potest cum ipso Cuiac. ad tit.  
D. de act. emp. in d. l. fundum, ideo Pomponium in vtro-*

que casu illic proposito euietionem differre, nam fundus proponitur venditus detracto vsu fructu, non simpliciter, *vt in d. §. fin.* & ita fundo absque vsu fructu vendito, nulla iniuria afficior, si eo nõ vtor quousque veniat dies in contractu assignata.

63. Quod de vsu fructu diximus, idem de vsu tenendum est, (qui ad instar portionis eodem modo potest se haberi, vt colligitur ex Donel. *lib. 9. cõ. c. 9.*) De superficie, emphyteasi, possessione, vel finibus agri vt quilibet harum rerum euieta, stipulatio incipiat, *l. stipulatio ista 38. §. si quis forte, D. de ver. ob. l. qui fundũ 45. D. de euiet. l. fines 10. C. eod. Cuiac. ad ti. D. de ver. ob. in d. §. si quis forte.* Licet de possessione repugnet glossa *in l. 3. D. de act. empi. & in merito, cum habere non liceat ei cui aliquid minuitur ex iure quod habet, & sit contra textũ expressum in d. §. si quis forte, itaque illam reprehendit Cuiac. ad ti. de act. empi. in d. l. 3. Qui tract. 6 ad Afric. in l. fundum 46. D. de euiet. circa fines agri regulam traditam non admittit, & quidem minus recte, cum partes fundi ceuseantur, & eadem vsucapione, qua fundus cui accedunt, vsucapiantur, *l. 2. §. cum stichum vers. sed si fundus, D. pro empi.* Opinionem igitur glossæ sequi tentauerim cum aliquid iuris circa dominium emptori non minuitur, possessione euieta: cum nihil cum re & dominio commune habeat, *l. naturaliter 12. §. nihil, D. de acq. possess.* itaque sufficiet actio ex empto.*

64. Alia autem est causa tributorum, quæ ex fundo solui debent, vel seruitutum, nam harum euietione

que:

que duple neque ex empto actionem producit, *l. si ste-  
rtilis 21. §. 1. l. in venditione 41. D. de act. empt. nā seruitu-  
re euieta, rem habere licet, cum seruitus pars integra-  
lis fundi non sit, sed qualitas ei coherens, l. aliud 86. D.  
de ver. sign. Conceditur vero actio æstimatoria quanti  
minoris fundus emptus fuisset, si seruitutem cognos-  
ceret emptor, dum tamen venditor ignorauerit, *l. quo-  
ties 61. D. de Edil. ed. l. sed si 15. §. vlt. D. de euiet. si vbi  
seruus dicit seruitus legas, cum Cuiac. lib. 2. obs. c. 20. quid-  
quid dicat Donel. lib. 13. com. c. 3. Si vero venditor sciēs  
fuisset, ob dolū actione ex empto tenebitur in id quod  
interest, l. 1. §. 1. d. l. 41. D. de act. empt. resoluit Anton.  
Gom. tom. 2. var. c. 2. n. 45. At iure regio, in l. 63. tit. 5. p.  
5. permittitur emptori contractus rescissio, si nolit vti  
iure communi, vt docet Greg. ib. glos. 4. Ant. Gom. vbi sup.  
Quod an procedat in censu redimibili disputat, Cu-  
tier. lib. 2. præct. quest. 168. cum seq.**

65 Sed si optimum maximum aut liberum fundū,  
qui vendit, dixerit, iuxta textum in l. cum venderes 59.  
D. de contrah. empt. l. fundus 48. l. pen. D. de euiet. aut serui-  
tutem per alienum fundum falso cōstituerit, id est ces-  
serit, euieta seruitute, (nempe in primo casu per con-  
fessoriam, in secundo per negatoriam) vtraque actio-  
ne adstringetur, d. l. pen. l. fundum 46. §. 1. D. de euiet. vt  
docet Cuiac. ad tit. D. de ver. ob. in d. l. 38. §. si quis forte. Et  
ir. 6. ad Africa. in d. l. fundum 46. in pr. Et §. 1. D. de euiet.  
Cald. d. c. 31. n. 56. Et 64.

66 Præterea aduertendum est, euieta re singulari  
heredi-

hereditatis emptæ, has actiones non concedi (nisi in ipsa venditione res nominatim hereditariæ dictæ sint) nam cum hereditas vniuersitas sit, iurisque intellectu sine vlllo corpore consistat, *l. hereditas 50. D. de pecu. hered. Conan. lib. 7. com. c. 8.* etiam si omnes res singulares euictæ sint hereditas vendita manet ac propterea nihil præstare venditor debebit, *l. 1. C. de euict. l. 2. D. de hered. vel. act. ven.* Secus tamen erit si hereditas vel quora pars ipsius euincatur, *l. quod si 8. D. eod. docet Donel. in d. l. 1. C. de euict. Ant. Gom. vbi sup. num. 44. Morla in emptor. 1. par. tit. 9. in pr. n. 40.*

67 Quod de hereditate, idem de qualibet vniuersitate dicendum est, veluti de peculio & similibus, *l. serui 5. D. de euict. l. 34. tit. 5. p. 5. Cuiac. lib. 33. Paul. ad ed. in d. l. serui,* quamuis de grege (qui vniuersitas est, *l. grege 22. D. de legat. 1. l. 1. inf. l. 2. & 3. D. de rei vind.*) dubitatum sit, & licet in puncto iuris eandem sententiam sequitur Donel. *vbi sup. num. 5. Castill. 4. com. controuer. cap. 42. num. 67 & 107.* attamen iure regio, *in l. 35. tit. 5. p. 5.* opinio confirmatur Azonis, *in sum. C. de euict. num. 8.* existimantis vna oue euicta, actionem ex empto competere, quamuis duplex stipulatio non committatur, quia grex licet sit vniuersitas, non est iuris sed corporea.

68 Non solū igitur ex contractu emptionis præstatur euictio, sed etiā ex alio quolibet dūmodo illi similis sit. Et imprimis marito actio cōpetit si res æstimatæ in dotē datæ ei euincatur, quia emptoris loco habe-

tur, l. qui balneū 9. §. Tucia, D. qui potior, l. quorics 16. l. in rebus 17. §. sine, D. de iur. dot. nisi cōueniatur, vt ipse res æstimatae soluto matrimonio redātur, l. cum post 69. §. cum res, D. eod. Quōd si res inæstimatae simplici- ter sint trahtæ, propter rem cuiusdam non tribuitur marito a dōtione ex se intelligendus in l. parer 71. D. de euct. de quo Fachin. lib. 13. controu. cap. 59. nisi dos ince- perit à promissione vel obligatione, quia tunc ei con- ce ditur ex stipulatu actio vel condictio ex lege, l. 1. C. de iure dot. l. ad exactionem. C. de dotis promiss. l. qui res 98. D. de solut. l. 2. 2. cit. 11. p. 4. tradit Auc. Gom. tom. 2. var. c. 2. n. 37. Barb. in l. æstimatis 51. D. solu. marr. n. 20. Canall. de euct. §. 4. n. 7. vbi etiam tractant an in eo ca- su, quo marito ob euidtionem actio denegatur, age- re possit vt damnum ex oneribus matrimonij ortum refarciatur, de quo Greg. in d. l. 2. 2. glos. 3. Tunc vero quando ipse agere non potest, mulier contra suum auctorem ob euidtionem rei dotalis audienda est, l. quamuis 75. D. de iur. dot. l. 2. 2. §. vlt. D. de euct. nisi vl- tra maritus de euidtione sibi per stipulationem cauif- set, l. sed cessi 23. D. eod.

69 Rursum quia datio in solutum vicem emptio- nis obtinet, l. 4. §. auctoris, D. de dol. excep. l. vlt. D. quib. ex caus. in poss. & remediū legis. 2. C. de resc. in ea pro- ce dit, vt ait Pinell. 1. p. c. 4. n. 8. & quoad eius effectus, emptioni assimilatur (de qua materia, Menoc. de ar- bitr. cas. 171. n. 51. & conf. 996 à num. 15. Peregrin. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. v. 183. Farinac. in crimin. quest. 164. à

nam 97. In merito si res in solutum data euincatur, vtilis actio ex empto competit, l. 4. C. de euict. l. eleganter 24. D. de pig. act. Neque obstat textus in l. libera 8. C. de sentent. & interlocut. l. si quis 46. D. de solut. vbi pristina actio illi qui in solutum accipit, tantum tribuitur, nō vtilis ex empto. In qua difficultate reiecta opinione glossæ, in d. l. libera, quā ex neotericis sequitur Cuius l. 19. obs. c. 38. & refellit Anto. Fab. de errorib. pragmat. de cad. 100. rrr. 7. obseruo, creditori, cui res in solutum data euincitur, propter similitudinem emptionis vtile iudicium empti competere, vt dicebam: quod non impedit, vt etiam actio pristina, quam ex contractu habebat, ei conseruetur & duret cum suis fideiussoribus & hypothecis, l. deferre 18. §. vlt. l. 20. cum seq. D. de iur. fisci, quia solutione extincta non sit, ex eo quod res soluta perfecte facta non fuerit accipientis, siquidem auocari & euinci ex causa præcedenti potuit, l. cum quis 38. §. qui hominem, d. l. si quis 46. l. qui res 98. in pr. & §. diuersum, D. de solut.

70 Quomodo autem primaeva actio duret, & simul noua vtilis concedatur, ratio in promptu est: nā ille qui in solutum dat, contrahere voluisse non intelligitur, sed potius obligationem præcedentem distrahere, quod non perficit cum rem plene iure accipientis non faciat: hoc tamen impedimento non est, quominus quasi emptio (vel permutatio si res pro re detur) contrahatur, cum tamen res estimari appareat, quā ut est summa quæ debetur. Vnde fit antiquam illib-

tam manere, & nouam simul consergere actionem.  
 Collectio est Iustiniani in §. is quoque inst. quib. modi  
 re conerab. iuncto, §. item is inst. de obligat. que ex quasi  
 coner. vbi, is qui indebitum ab eo qui per errorem sol-  
 uit, accepit, non tenetur ex contractu, cū potius de ne-  
 gocio distrahendo quam contrahendo ageretur, sed  
 tamen ex quasi contractu obligari cum non est dubiū  
 cū plerumque accidat. vt ultra id quod agitur, tacita  
 obligatio nascatur. *lis qui* 13. §. vlt. *D. commodati.* Et  
 vt hęc procedant non distinguimus, an res pro re, an  
 pro pecunia detur, reiicientes *Bart. in d. l. eleganter* 24.  
*D. de pig. act.* & multorū interpretū doctrinam plures  
 distinctiones in hac parte inculcantium, de quibus *Ca-*  
*stilla. 4. com. coner. c. 59. n. 56.* Itaque quā malit. creditor  
 actione experiri poterit, aut actione vtili ex emptio re-  
 euicta, ad pretium & interesse. *l. si conerouersa* 2. l. 22.  
*C. de euict. l. 1. C. de rer. permutat.* aut pristina actione  
 antequam res euincatur ad pretium, id est ad debitū,  
*d. l. qui res* 93. *d. l. cum quis* 38. §. qui hominem, *D. de so-*  
*luc.* & docet *Donell. lib. 16. commen. cap. 9. & int. 4. C. de*  
*euict. nec dissentit. Cuiac. lib. 15. quest. Papp. in d. l. qui*  
*res. Anton. Fab. in suo Codic. tit. de euict. diff. 20. num.*  
*26. Caborius lib. 2. disput. cap. 27. Brisson. tract. de solutio-*  
*pag. mihi* 228. *Castilla. vbi sup. num. 60. & 70.* Ex quibus  
 colligitur minus rectam esse doctrinam *Bart. in d. l. si*  
*quis* 46. *D. de soluc.* quam post alios sequuntur *Cepola*  
*cautel.* 178. *Caulin. de euict. §. 1. num. 46. d. l. censuit,*  
 necessarium esse imponi a creditore protestationem,



vt pristina actio contractus duret, si res quæ in solu-  
tum data fuit, euincatur. Quod ad praxim non dissi-  
derem.

Sed aduersus superiora oritur scrupulus: ex  
*dict. l. eleganter 24. D. de pign. act.* vbi si creditor a  
Principe impetrauit iure dominij pignus sibi possi-  
dere, pignoratitia finitur: & si euincatur, manet  
utilis ex empto actio, tamquam si res in solutum da-  
ta euinceretur. Vnde facta æquiparatione vtrius-  
que actionis, manifeste probat Vlpianus, eam pri-  
stinam actionem contractus finitam fuisse. Hanc diffi-  
cultatem antiquiores suis distinctionibus contenti  
non tetigerunt, vt apparet ex *Baro. in dict. leg. ele-  
ganter, num. 4.* & solus ex recentioribus vidit Anton.  
Fab. illaque adeo oppressus fuit, vt *dict. suo Codic. cum  
de euect. diffi. 20. num. 26.* de more non disserteretur to-  
tum illum textum Triboniano esse adscribendum:  
verum ipse *de err. pragm. decad. 100. err. 8.* aliter dixit,  
scilicet verba prima illius textus, existimantis vel du-  
bitantis esse non respondentis, vt patet ibi, & videtur  
finita esse.

Tamen dum aliud melius occurrit, existi-  
mauerim *in d. l. eleganter*, ex eo quod creditor a Cæ-  
sare impetrauit iure dominij pignus possidere *iuxta  
l. 3. C. de iur. domin. impetra.* a priori contractu &  
pignorantia recessisse (vt eius asserunt verba) & super  
eo transactum videri *l. à Diuo Pio 13. S. si pignora vers.  
transi. D. de re iudic.* cum vnicuique liceat, sui iuris  
per-

persecutionem deterioiorem facere, l. 46. D. de pact. Nā  
 contrarium est affectu dominantis rem postulare &  
 tenere pro debito, dominiumque ipsius apud se esse  
 constanter profiteri & debitum hęc satisfactione nō  
 extingui, l. satisfactio 52. de solut. inuar Robert. lib. 1. sen  
 tent. c. 22. & 36. Quod in tantum à creditore requiri  
 tur, vt si actum contrarium huic affectui fecerit, à bene  
 ficio impetrato recessisse existimetur, l. 2. C. de iur. do  
 min. impetr. cum beneficium contrario actu amittatur  
 l. 2. C. de his que vil. 4. §. 2. in fin. l. 7. D. de leg. comiss. c. cū  
 accessissent 8. de constitut. l. 43. tit. 18. p. 3. Hac igitur sa  
 tisfactione finito contractu, simulque finita pignora  
 titia (siue illam intelligas contrariam pignoratitiam,  
 siue hypothecariam) iam colliges diuertam esse spe  
 ciem tex. in l. voluntate 10. D. quib. mod. pig. vel hyp. l. de  
 bicor 59. D. ad Trebel. l. ex ex sextante 30. §. 1. D. de excep.  
 rei iudic. de quibus Anton. Fab. lib. 7. coniect. cap. 17. &  
 18. in fin.

73 Deinde quia locatio emptioni proxima est l. 2.  
 D. locat. & locator ex natura contractus, frui licere cō  
 ductori, obligatur, l. si quis 9. l. ex conducto 15. D. eod. si  
 res euicta fuerit, habebit conductor actionem quam  
 ex conducto vocamus, per quam non solum merce  
 dem pro rata rei & temporis quo frui non licet, sed  
 etiam quod non frui interfuit, consequitur, l. si tibi 7.  
 cum l. seq. D. eod. Ea tamen distinctione adhibita, vt si  
 rem alienam sciens locauerit, pro mercede & interes  
 se, vt dicebamus, teneatur: si vero ignorauerit, ad hoc

tantum

tantum obligetur, ut mercedem concurrentem aut remittat aut reddat, *l. & hac 35. D. eod. l. 2. §. 1. c. 8. p. 5* & *ibi Greg. relecto Paris. Casp. int. 9. n. 5.* & *l. si fundus 33. nu. 4. D. eod.* In quo distat à venditione locatio, nam venditor etiam ignorans tenetur in id quod præter pretium interst, rem tradi, vel habere licere: plus enim præstat quam locator, nempe viciam possessionem & veram eictionem, ut docet *Cuiac. tra. 8. ad Afric. in d. l. si fundus 33. D. eod. de cuius ceter. materia late Gaspar Schifonigerius ad Fab. lib. 2. tra. 18. quaest. 1. & seq. & tra. 19. quaest. 2.* Unde rejicitur opinio *Doanell. lib. 13. com. c. 7.* qui putabat, locatorem ignorantem rem alienam etiam in illud quod interst, teneri: mouebaturque ex textu *in l. si quis, 9. D. eod.* ubi scribitur, deberi in tali casu præstari conductori ut frui liceat, nam similia verba scripta sunt, *l. si fundus 33. D. eod.* & tamen ad interesse non referuntur, sed tantum ad illud ut merces prorata remittatur, ut explicat *Cuiac. tra. 8. ad Afric. in d. l. & hac 35. D. eod.*

74 Eadem distinctio observatur, si alio quolibet modo res eucta conductori sit, ut si frui prohibeatur à locatore, vel alio cui locator resistere potest, in interesse ultra mercedem condemnatio fiat: si vero vim maiore erepta sit, aut à domino, vel alio cui resistere non possit locator, solum in mercedem correspondentem erit actio, *d. l. si fundus 33. cum seq. D. locati d. l. 2. §. 1. c. 8. p. 5.* explicat *Cuiac. vb. sup. Socin. cons. 165. & 165. lib. 2. Paris. cons. 38. num. 17. & cons. 143. lib. 2. Mortain*  
*empor.*

empor. 1. par. tit. 10. in pr. à num. 20. ubi de explicatione  
l. 1. §. 2. tit. 9. lib. 9. recop.

75 Ceterum quia illius generis est permutatio, ut  
vicè emptionis obtineat, l. 2. D. de rer. perm. in ea ob  
euiditione datur actio, l. si permutacionis 29. C. de euidt.  
l. 1. §. vnde, D. de rer. permuc. l. 1. C. eod. tradit Conan. li.  
7. com. c. 5. Pinel. in rubr. C. de rescinden. 2. p. c. 1. à nu. 13.  
Molin. de iust. com. 2. disp. 380. Donel. in d. l. si permuta-  
tionis, nu. 2. Ex quo fit quod cum diuissio heredita-  
tis quædam permutatio existimetur, l. si filia 20. §. si pa-  
ter, D. fam. ercis. in ea etiam euidtio producat actione,  
l. si familia 14. C. fam. ercis. l. heredes 26. §. fin. vers. item.  
D. eod. l. cum 66. §. vlt. D. de euidt. l. 7. C. commun. verius-  
que iudic. l. pen. tit. 15. p. 6. Ratio est, nam qualibet res  
hereditaria ante diuissionem ipso iure est commu-  
nis pro indiuisso, facta vero diuissione quisque heres  
habet suam partem ex iure proprio, & adjudicatas ex  
persona coheredum, vnde re euidta contra illos com-  
petit actio pro partibus, quas ab eis accepit, non pro  
sua: ut aduertit Accurs. in d. l. si familia 14. & ibidè Bald.  
num. 2. Actio vero quæ hîc accommodatur, est præ-  
scriptis verbis, ut probant prædicta iura, & in hac spe-  
cie bonæ fidei, quia ex permutacione vel diuissione  
datur, ut clare Cuiac. lib. 28. quæst. Pap. in l. si cum 66. §.  
vlt. D. de euidt. competitque, in æstimationem rei tem-  
pore euidtionis, d. l. 66. §. vlt. non in id quod interest,  
ut vult Anto. Gom. tom. 2. var. c. 2. num. 33. in fin. Idem  
que esse in diuisione rei particularis inter socios, ibi  
asserit,

asserit, ex latem quamuis, S. fin. D. comm. diuid. explicans  
 Cald. d. c. 31. n. 9. late Gracian, 2. tom. discip. c. 234. Va-  
 lase. de partition. c. 37. Fachin. lib. 6. coner. c. 68.

76 Sed obijcitur textus difficilis, in l. cum pater 77.  
 S. euctis, D. de legat. 2. quo loci, primò probatur eui-  
 ctis prædijs filio prælegatis, non competere aduer-  
 sus coheredes euctionis actionem: secundo per con-  
 trarium scribitur, diuisione bonorū facta à patre, dari  
 filio ob euctionem regressum, si partes ei relictae soli-  
 dae non præstentur. Varijs autem interpretationibus  
 omissis traditis à Fachin. Valasc. Ant. Gom. Cald. vb.  
 sup. Menoch. lib. 3. præsump. 118. Pet. Greg. lib. 42. Syn-  
 tag. cap. 32. num. 18. responderi potest cum Cuiac. lib.  
 8. resp. Pap. in d. S. euctis, quāuis in prima parte illius  
 textus verum sit dari filio tamquam coniunctæ perso-  
 nae prælegati petitionem, iuxta tex. in l. cum alienam,  
 C. de legat. l. 10. tit. 9. p. 6. siue sciēs siue ignorans ré alie-  
 nam pater legauerit, non tamen remedium euctio-  
 nis ei competere, si prædia certa eucta fuere, cum he-  
 redes legatarijs seu fideicommissarijs quibus res cer-  
 ta relicta est, de euctione non teneantur, vt infra dice-  
 mus num. 81. Sed non negamus verum esse alia via  
 filio succurri æstimationem persequenti, qua testor  
 voluit heredem grauare, iuxta d. l. cum alienam, vt  
 erudite resoluit Gom. vb. sup. num. 36. Posteriore ve-  
 ro parte textus aliud dicendum est, cum pater inter fi-  
 lios diuisionē bonorū fecerit, quā prælegando facit, l.  
 33. D. fam. ercis. quo in casu cū res hereditariæ inter

si os sint cōmunes iure ipso, arbiter qui iudicū defun-  
cti sequi debet, partes prælegatas coheredib' præstat,  
si & ipsi vice mutua partes suas præstent, & in se vicis-  
sim periculum euictionis recipiant. Sicque cū ad effe-  
ctum perducitur iudicium defuncti hoc permutatio-  
nis genere, non mirum si singulis heredibus pro cui-  
etis partibus detur euictionis beneficium, non solum  
ope exceptionis, *vt resoluit Ant. Gom. vb. sup. num. 34.*  
sed etiam actionis rigore, *vt cum Fulgos. sentit Fachin.*  
*ubi prox. quem sequitur Cuiac. loco citato.* Aduertendum  
tamen est, iure regio dispositum esse, *in l. pen. tit. 15. p.*  
*6. diuisione hereditatis à testatore facta, euictionē in-*  
*ter heredes cessare: ad quod mouere potuit doctrina*  
*Bart. in d. §. euictis in fin. sed consulendus ibi Greg. qui*  
*plures limitationes tradit.*

77 Vltcrius si ex transactione rem de qua non erat  
controuersia, tibi tradam, propter euictionem eius  
me teneri actione præscriptis verbis probat *tex in l. si*  
*pro fundo 33. C. de transact.* cum hoc genus contractus  
affinis permutacioni sit, *ex Vuesemb. ad tit. de transact.*  
*nu. 2. in fin. aduertit Molin. de iust. tract. 2. disp. 380. Ca-*  
*stilh. gom. 4. contr. c. 59. n. 55.* Aliter vero erit si rem à me  
petitā tibi restituam, vel si mota alicuius rei à te pos-  
selle cōtrouersia ex causa transactionis apud te dimit-  
tam, nam neutro casu ob euictionē tenebor, *d. l. si pro*  
*fundo in fin. cum tibi nō præstem titulum, nec auctor*  
*tux possessioni sim, vt tradit Donel. in d. l. si pro fundo*  
*Ant. Gom. vb. sup. n. 38.* Vt autem euictio aduersarium,  
lædat,

lædat, auctorem contractus debet eum inuenire: ex quo lucem accipit *in l. vlt. D. de euct. vbi* hæc actio auctoritatis appellatur.

78 Neque obstat textus *in l. si donata 36. D. de dona. inter.* vbi si maritus rem quam vxori donauit, voluerit postea vindicare, quia donatio constante matrimonio non valuit, *l. illud, 5. §. ne illa, D. de pact. donat. l. 4. tit. 11. p. 4* & muliere non restituyente litis æstimationem receperit, rem apud eam dimittendo, de euictione in simplicum cauere tenetur. Nam respondetur, ibi, maritum causam possidendi & auctoritatem mulieri per donationem voluntarie tribuisse, *l. 1. §. si vir vxori, D. de acq. poss. vt docet* accuratissime doctissimus præceptor noster D. Melchior de Valencia *illustr. iur. tract. 2. c. 7.* Ex eoque & quia per litis æstimationem emptio fuit contracta, *l. 1. §. 5. D. pro emp. pro euictione obligatur, Cuiac. l. 26. Paul. ad ed. in d. l. si donata*

79 Quod vtrūque vt de euictione caueat, & in simplicum, specialiter in hoc casu admissum fuit, ne res inter coniuges amaretractentur, *l. si id, §. si quas, D. de donat. inter.* quoniam regula iuris generalis est, qui tenetur de euictione in duplum cauere debere, *vt sup. n. 34* referebamus: & qui litis æstimationem accipit, si aduersarius nolit rem restituere de euictione non teneri, cum sua culpa non restituat, *l. ex diuerso 35. §. petitor, D. de rei vend. l. si pignori 29. D. fam. cres. l. 14. §. 1. D. de condict. furt. l. ideoque 10. D. rerum amar. docent Cuiac. vbi sup. & lib. 21. Paul. ad ed. in d. §. petitor Barr.*

& Paul. Cast. in l. 1. § 3. D. pro empt. Donel. lib. 20. cō-  
 c. 7. in fin. vbi Osuald. Vtrum autē teneatur de euictio-  
 ne qui litis æstimationem recipit, quando debet cede-  
 re actiones soluenti, iuxta ex. in l. siculp. 63. l. is qui 69.  
 D. de rei vind. l. in depositis. 2. D. de re iudic. videndi sunt  
 Bart. & Paul. Cast. vbi sup. & attendēdū q̄ alibi scripsit  
 Tiraq. de retr. a. lin. ag. ad fin. tit. n. 49. vers. & cū aliquid  
 80 Denique ex superioribus descēdit, diuersū esse  
 respondēdū in causis, in quibus lucrū non onus repe-  
 ritur, cū rei lucratiuæ possessores ab euictionis actione  
 repellat Paul. lib. 5. sentent. cit. 11. Itaque re donata eui-  
 cta, ob euictionē donator nō tenetur, ne liberalitatis  
 suæ poenā patiatur, l. aristo 18. §. fin. D. de donat. l. ad res  
 62. D. de Edil. edict. nisi donatarius sibi per stipulatio-  
 nem de euictione cauerit, l. 2. C. de euict. Quōd si nudo  
 pacto conueniatur vt euictio præstetur, diuersum est  
 dicendum, d. l. 2. in fin. vbi Donellus defendit hunc tex-  
 tum adhuc vigere post nouam Iustiniani constitutio-  
 nem, in l. si quis argentum, §. fin. autem hoc, C. de donat.,  
 quamuis communiter contrarium sit receptum vt pa-  
 tet ex Bart. in d. l. aristo, §. vlt. Abba. in pras. n. 10. Illud  
 autem quod dicimus donatorem ob euictionem non  
 teneri, etiam procedit si sciens rem alienam donauit,  
 nam tunc tantum propter sumptus factos in re euicta  
 obligabitur, d. l. aristo, §. vlt. Abb. & Donel. vbi sup. Ant.  
 Gom. tom. 2. var. cap. 2. num. 35. Cuiac. lib. 2. resp. Pap.  
 in l. sumptus 48. D. de rei vind. Si vero donatio à promif-  
 sione, non à traditione inceperit, consulendus est. An-



ron. Gom. vbi prox. Bart. & Paul. Cast. in l. si domus 71. §. 1. D. de legat. 1. & in l. Julianus. 131. §. 1. D. de ver. ob. 81. In legatis autē hęc diffinitio tenenda est, quod si species veluti stichus legetur, heres de euictione nō teneatur, l. 44. §. si statuliberū, l. si à substituto 45. §. vlt. in fi. l. 116. §. vlt. D. de legat. 1. l. si. is qui 40. D. de euict. quia res certa legata, dari debet qualis est. Quod adeo est verū vt si testator legetur heredis, quā ipse heres ab alio emerat, & legatario euincatur, non possit de euictione agere contra heredē, nec contra primū venditorē, nisi contra eū heres actiones cesserit, l. si. heres 59. D. de euict. Ant. Gom. vbi sup. n. 46. Si igitur testator sciuerit rem alteri obligatā vel alienam esse, redimere & soluere heres tenebitur, §. non solum in st. de legat. quod similiter obtinet si ignorans coniunctæ personæ legauerit, l. cum alienam, C. de legat. Donel. lib. 8. com. c. 19. Si vero genus v. g. feruus legetur, heres pro euictione adstringitur, l. qui cōcubinā 29. §. si heres D. de leg. 3. l. si domus 71. §. 1. D. de legat. 1. l. heres 58. D. de euict. vt late explicant Ant. Gom. vbi sup. n. 36. Donel. lib. 8. c. 19. Mench. de succes. creat. li. 3. §. 2. limiti. 17. n. 40. Azeued. in l. 3. tit. 6. lib. 5. recop.

82 In his autē casibus in quibus donatarius vel heres de euictione obligatur, antiqua actione conueniuntur si res euincatur, cum defectuosa solutione extincta non fuisset obligato, d. §. si heres, l. cum quis 38. §. qui hominem, D. de solut. & probat Bart. in dict. l. aristo, §. 3. fin. vel stipulatione, si forte propter euictionem

interpo-

interposita fuit, *l. fin. D. de cōdict. cau. dat.* Quæ equi est stipulatio ut ab heredibus & promissoribus in huiusmodi casibus interponatur, actio donatarijs & legatarijse ex promissione vel ex testamento superest, *l. si domus 71. §. de euictione, D. de legat. 1. l. Iulianus 131. §. 1. D. de ver. ob. Bart. & Paul. Castr. in dictis iuribus, Donel. in d. l. 131. §. 1.* qua, rem etiam traditam iterum petere possunt, donec per stipulationem promissum sit eis de euictione, nam res non tradita censetur donec ius huius cautionis restat, *l. etiam 27. D. de solut.*

83 Nec obstat *tex. in d. §. de euictione*, ubi officio iudicis hanc stipulationem interponendam esse scribitur, nam respondent ibi Bart. & Paul. Castr. ex eo non negari idem etiam peti posse actione ex testamento, cum tantum Consultus supponat, quod si res legata extra iudicium tradita, euincatur, peti possit ex testamento, ex eoque inferat quod si iudicio fuisset petita & prælitata necessarium sit, ut stipulatione agatur, eã officio iudicis esse interpositam: ex eo autem non negauit si res extra iudicium præstaretur, eandem stipulationem interponi debere. Vnde etiam apparet, hunc textum supradictis in prima parte non aduersari, quibus requirebamus, iudicio rem debere euinci, ut actio competeret: verba enim, *sine iudicio* in hoc textu referenda sunt ad verbum *prælitata* non ad verbum *extincitur*, ut communiter interpretes in præsentia.

84 Postremo aduertendum est, heredem gravatũ de restituenda hereditate, cum eã restituit, de euictione

ne rerumquæ bona fide vendidit, cauere heredi non debere: potius enim in contrarium heres ei cauebit idemnem præstare, si quid ex his rebus euictum fuisset, *l. de euictione 69. D. ad Trebel. Donell. lib. 7. com. c. 27. in fin.* Vtrum autem debeat euictio si res iure speciali per in integrum restitutionem euincatur, ad explicationem rextus in *l. minor 39. l. si cum 66. §. 1. D. de euict. vide Cuiac. lib. 57. Digest. Iulian. in d. l. minor & lib. 28. quaest. Pap. in d. §. 1. Ant. Gom. ubi sup. n. 40. Et an si per viam retractus, vide Tiraquel. in tract. Imagier §. 1. gl. 9. n. 34. & §. vlt. in fin. n. 97. & ibid. q. 6. & §. 12. glos. 1. nu. 6. Et an emptor feudi habeat ius euictionis contra alienantis heredes, Fachin. lib. 7. contr. c. 14.*

85 Hæc actio quæ ob euictionem nascitur à die rei euictæ, *l. empti 21. C. de euict. ubi Donell. Bart. in l. aristo 18. §. fin. D. de donat.* (nisi iam sufficiens tēpustāsisset, quo, absque impedimento emptor vsucaperet, *l. qui alienam 54. l. 56. §. si cum, D. de euict. l. 19. C. eod.*) competit emptori, & heredibus pro portione hereditaria, *l. 2. §. vlt. l. 3. l. 4. §. vlt. D. de verb. ob. ubi Donel. Cōcediturque contra venditorem & eius heredes, l. 8. l. 9. l. si ob causam 13. l. 14. l. 23. C. de euict. & cū executio ne diuidua sit, contra eos pro hereditarijs portionibus datur, *l. si rem 62. §. 1. D. de euict. d. l. 4. §. vlt. l. in executio ne 85. §. in solidum, l. cum ex causa 139. D. de verb. oblig. Gail lib. 2. pract. obs. 14. Riminal. conf. 139. num. 1. volu. 1. recte Pichard in §. si finium inst. de offic. iudic. c. 10. De inde hæc actio contra fideiussores venditoris locum habet**



habet, *l. auctore 7. l. 11. C. de euiet. & contra eorum heredes, §. fideiussor inst. de fideiussor.* si modo fideiussoré dari conuentú fuit; eú stipulatio euietionis sua natura tantum nudá promissioné exigat, *l. 4. l. 37. D. de euiet.*  
 86 Ex quo illud statim nascitur, frustra prædictas personas super re de cuius euietione ipsi repromiserunt, controuersiam emptori mouere, ná exceptione doli mali eas emptor repellere poterit, etsi rem vindicare ex noua causa voluerint. Contraria enim essent eas emptorem defendere debere, & cum in eadem causa oppugnare: ex quo illa vulgaris regula orta fuit, *Quem de euietione tenet actio, eundem repellit exceptio.* Hæc de venditore vindicante probat textus in *l. vindicantem 17. D. de euiet. l. 13. C. eod.* de creditore qui pignus quod vendidit, vindicare intentat, *l. et si res 10. D. de distract. pig.* de procuratore venditore, qui idem præsumit, *l. seruum Titij 49. in prima parte. D. mandat, Donel. lib. 4. cõ. c. 16. de herede venditoris, l. 3. C. de reb. alie. non. alie. l. siue 14. C. de euiet. de fideiussore, l. exceptione 11. C. eod. & de herede fideiussoris, idẽ cõcludit optima iuris ratio deducta ex leg. cum à matre, *C. de rei vind. & tradunt Cauallin. de euiet. §. 1. n. 2. Pinell. in l. 1. 3. par. n. 82. C. de bon. matre.. Gracian. 2. com. discep. c. 205.**

85 Sed his grauiter aduersatur tex. difficilis, in *l. vlt. C. de euiet.* vbi expresse probatur, quod heres fideiussoris iure proprio dominium rei pro qua intercesserat testator, vindicare potest, nec doli exceptione summo

uetur

uetur. Pro vero huius textus intellectu assequendo, in varias sententias distrahuntur interpretes, quarum (pluribus omisissis) non placet illa quam adstruit Barbof. in l. lucius Titius 39. D. solum mar. num. 24. nec alia quas tradunt Menoc. conf. 89. n. 113. lib. 1. Alciat. in l. 2 §. quod si, D. eod. Gracian. 2. ca. discip. c. 271. placet autē ea, quē dum ante offitū gymnasij factio iam sine in suggestu interpretandi, scilicet antibus respōsa darē, proposuit ex tēpore amantissimus discipulus D. Ioannes de Villalua Antiquaricis: Barthica nationis apud Salmaticenses in Schola Cōsiliarius meritisissimus, nepe ex d. l. vlt. sententiā supradictā non mutari, nā in eam tantum proponitur, factū si de iustoris pro venditione alicuius rei interpositi nō laedere ita suū heredē, ut ipsa rē vindicare ex sua persona, & proprio iure impediat, quod verū est cū dominiū rei heres adhuc retineat, ex factio antecessoris non iū deperditū. Hoc vero nō obstat ut si vindicare incipiat, exceptione sumoueri possit, nā idē scriptū est in l. Seia 73. D. de euict. scilicet heredem venditoris rē iure vindicare posse, & nihilominus in fine adijcitur, re euicta actione euictionis ipsū posse conueniri, vel atea potuisse exceptione repelli. Quod verba similia in calce, d. legis vlt. scripta cōprehēdunt sibi: Scilicet euictionis causa durāte actione, quoniā cuiusdam actionē si res euincatur, multo magis exceptionē cōpete quis dicet, l. 1. §. is autē, D. de superficieb. Quā interpretationem amplector, illaque à Donello defenditur in l. exceptione. 1. C. de euict. nec dissērit Cuias. in ead. l.

## Ad tertiam partem.

88 **H**V C vsque essentiam euictionis cognouimus; & ex quibus causis venditor & alij ob eam teneatur sermo fuit. Nunc succedit regula huius textus ubi Gregorius in suis etiam decisionibus magnis, aliquos casus commemorat huius euictionis inuitas. Imprimis enim nos admonet, emptorem controuersiam ei super re emptam motam auctori suo, hoc est venditori denunciare debere, vt ex euictione actio producat, aliter enim ipsum de euictione agere non valere iuxta legitimas sanctiones, docet, scilicet iuxta textum *in l. emptor §. l. auctore 7. l. si controuersia §. l. si cum quo 19. C. de euict. l. si ad emptore 49. l. fundo 53. §. 1. D. eod. l. 1. C. de per. & com. rei. vend. l. 33. & 36. in. 5, p. 5. Cuius illa ratio est nam cum in euictione agatur de maximo venditoris periculo, qui ex supradictis tenetur emptorem indemnem prestare, de lite certiorari eum & in ius pro sua defensione vocari, ipsa defensionis ratio postulat, *argum. rex. in l. de vnoquoq; 47. D. de re iudic. c. 1. de caus. pos. & prop. de pastoralis; §. ceterum de re iudic.* Deinde quia cum emptor tutamen principaliter adipiscatur ex iure venditoris, ne de eo parum instructus ad iudicium veniat, ad venditorem recurrere vt causam defendat, merito Pontifex iubet. Ideoque omissa nuntiatione tam subtilitas civilis quam pontificia æquitas emptorem non ex iuris*

ris defectu, se id ex propria culpa succubuisse præsumunt, quæ auctori noxia esse non debet. *l. si pro fundo* 53. §. 1. *D. de emet. l. 6. §. vlt. D. de act. emp. tradunt in præf. Abb. Imol. Butr. Ant. Gom. 2. var. c. 2. n. 39.*

89 Hoc quod est denunciare venditori ut ad agendum adsit, Veteres vno verbo dicebant, nempe auctorem suum laudare, *l. tenetur 6. §. vlt. D. de act. emp. l. herennius 63. §. 1. D. de emet. l. auctore 7. C. eod.* Nā laudare apud illos idem importat ac appellare, nominare, citare, ut testatur A. Gell. *lib. 2. cap. 6. Macrobi. lib. 6. c. 7.* Auctor vero venditorem significat, ab eo quod pretium emptori auget. Ex quoque cum idem venditor dominus præsumatur, habereque ius possidendi & habendi, quod propter pretium in emptorem trāsferat, inde factum ut omnes qui causam & initium obtinendæ rei & habendæ alicui præstant, auctores in iure nominentur, *l. 4. §. auctoris. D. de dol. excep. l. Pōponius 13 §. cum quis. D. de acq. poss. l. in his 175. §. non debet. D. de reg. iur. Brisson. de ver. sign. verb. laudare. Donell. lib. 5. cō. cap. 20.*

9 Quæ equidem denunciatio eo modo debet fieri ut etiam mittatur venditori copia libelli in publica forma, ut de lite mota certius reddatur, *argument. tex. in l. nomen, C. quæ respic. oblig. poss. clem. causam, §. vlt. de elect. ut pro veriore tradunt Burg. in præf. n. 5. Covarr. lib. 3. var. cap. 17. n. 3. Fach. lib. 2. controu. c. 34. Barbosa. in l. venditor 49. de iudic. n. 20. Ant. Gom. ubi sup. qui tamen existimat non perdidisse ius euictionis qui*

a leso solemnē denunciatiōne non fecerit, cum nullo iure præcisa forma desit ferretur, sufficereque si cōtrouersie fiat denunciatio, l. si cum quaestio 17. C. de euct. l. 32 tit. 5. p. 5. vbi Greg. glos. §. 9. 7. maxime si iudicis interueniat iustoritas. Illud autem semper tenendum, denuntiatiōnem auctori fieri debere (nisi pacto ab eo remissa sit, l. herennius 63. D. de euct.) etiam si litis iam habuerit notitiā, quia denunciatio hæc est de forma, nō ad certiorandum, vt in l. 22. §. peritiam, D. de perit. hered. sed ad incitandū vt venditor assistat & defendat, l. qui uxorem l. seq. D. de adult.

91 Quod si venditor non inueniatur, oportebit in domo eorū vicinis inquiri, & hoc actis scribi, vt docet Bar. in l. de pupillo, §. si quis ipse, D. de nou. op. nunt. Idē dicendū auctori si absens sit, id est extra continentia vt bis, l. collegarū 173. §. i. l. absentem 199. D. de ver. ob. l. 4. §. cōtes, D. de dam. inf. Gorof. in l. 55. §. vlt. D. de euct. lit. A qui dicitur dicat D. nel. lib. 13. cō. 2. vers. culpa, & in l. 8. C. eod. n. 2. Verū tamē erit denunciatiōne nō exigēdā, si auctor curauerit ne sibi denūtiari possit, l. si dictū 56. §. simili, D. eod. Ant. Gom. vbi sup. Guier. de iuram. 1. par. cap. 61.

92 Vnde lucem accipit textus aliās difficilis, in l. si dictam 56. §. vlt. D. de euct. vbi constituitur, benigne receptum fuisse, tutore non apparente pupillo denunciandum fore. Neque obstat textus in l. si finita 15. §. si pupillas 29. D. de dam. inf. l. sed si ex stipulatu 24. D. de ver. ob. nam ibi agitur, vt pupillus de damno infecto

caueat,



caueat, vel in mora per interpellationem constitua-  
tur, quod cum ad obligationem pertineat, sine tutoris  
auctoritate fieri nequit. *inst. de auct. tut.* in presenti au-  
tem diuersum est, quia versatur commodum pupilli,  
quod in eo consistit, vt etiam si tutor non appareat,  
vel absens sit, pupillo denunciatur, cum alias denun-  
tatio personalis ex regula tradita non requiratur, quā-  
do aduersatur cum quo agi debet, non inuenitur, vt  
sensit Accurs. *in d. §. vlt.* Donell. *in l. 8. C. de euct. n. 10.*  
Guiac. *in l. 5. C. cod.*

93 Rursus hæc denuntiatio tempore congruente  
fieri debet, *l. si rem quam 29. §. vlt. D. de euct.* id est tem-  
pore quo exceptiones proponi possunt & probari, vt  
delicet ante publicationem testium, *l. 36. tit. 5. p. 5.* Ex  
quo inferitur quod si in prima instantia non est facta  
denuntiatio, cum in secunda allegari possint & proba-  
ri quæ antea nec probata nec allegata fuerunt, *intra*  
*textum in cap. cum Ioannes in fin. de fide instrum. l. per hanc*  
*C. de temp. appell. c. fraternitatis de testibus l. 5. tit. 6. l. 4.*  
*tit. 9. lib. 4. recop. de quibus Suarez alleg. 5. Guier. lib. 1.*  
*pract. q. 17.* sufficit si in causa appellationis fiat, dūmo-  
do omnia sint integra, & salua defensio auctori, *arg. rex.*  
*in l. ira demum, C. de procurat. resoluit. Ant. Gom. vbi sup.*

94 Sed dictis aduersatur *in l. qui concubinam 29.*  
*§. si heres, D. de legat. 3.* vbi extat legatarium cui de  
seruo legato facta fuerit controuersia, debere ante li-  
tem contestatam denunciare heredi, vt liti assistet. In  
hac difficultate multis placuit sententia Bart. *in d. §. si*  
heres

heres quem sequutus fuit Donel. in l. 8. C. de euct. n. 11  
 nēpe diuersam esse causam emptionis, & legati: nā in  
 emptione, re tradita incipit res & causa emptoris  
 esse, l. 1. §. in propria, D. quando appelland sit, cum com-  
 modum & incommodum rei ad illum pertineat, §. nō  
 solum inst. de emp. & vendit. quocirca si ei quæstio mo-  
 ueatur, iure suo facit si causam persequatur, dum mo-  
 do defensionem integram venditori relinquat ante  
 sententiam. Alia autem est causa legatarij, qui titulū  
 iuratum habet, & cuius nullum periculum agitur,  
 cum pro re nihil ei ab fuerit, ideo merito tota causa  
 relinquitur heredi, vt à principio eam suo arbitrio de-  
 fendat, cum integrum periculum ad eum pertineat.  
 95 Hæc subtiliter dicta non negamus, sed nobis nō  
 displicet Accursius in l. heres, §. 8. glos. vlt. D. de euct. &  
 in d. §. si heres, qui existimat, dum dicitur, in d. §. si heres,  
 priusquam iudicium accipiatur, deberi denunciari, in-  
 telligi idest antequam sententia accipiatur, quia tu-  
 tius est iuribus concordare, vt inquit Alciat de  
 præsumpt. reg. 2. præsump. 28. n. 8. præsertim cum inso-  
 lens in iure non sit iudicium pro sententia accipi, l. 8.  
 C. de euct. à quo in effectu non dissentit Cuiac. in l. ex  
 his 5. C. de euct. in fin. quibus æquitate ductus libenter  
 accedo. Quomocumque tamen hoc sit, aduertendū  
 est illam exceptionem doli, de qua in d. §. si heres, tan-  
 tum obesse legatario, ne euctio rei sine denuntiatio-  
 ne faciat locum actioni ex testamento, quoniā si aliās  
 probet seruum solutum, fuisse alienum, replicatione  
 excep-

exceptionem elidet, cum eo ipso pro bet primam obligationem hominis generaliter legati extinctam non esse, qua adhuc poterit experiri, *l. cum quis 38. §. qui hominem. D. de solut. docet Bart. in l. aristo 18. §. fin. num. 1. D. de donat.*

96 Aduertendum hic est, quod si res empta in plures successores singulares transferit, quilibet suo immediato auctori controuersiam debet nunciare, & aduersus illum solum agere poterit, nisi actiones contra primum ei cessæ sint, *l. si res 59. D. de euct. cum hæc in singularem possessorem nec actiue, nec passiuè transferant, l. fin. §. fin. D. de contr. emp. Ant. de Burr. in praes. 2. col. Bald. & Angel. in l. cum successores, C. de euct. Ex quo euenit, qd si illi cui vendidi res euicta fuerit, quoad vsque ei satisfaciam non possim contra auctorem meum agere, *l. seruus 21. §. D. de euct.* nisi in alienatione aliquod ius in ipsamet re reseruauerim, videlicet, quia in dotem vel emphyteusim dedi: tunc enim, statim ve euincitur ei cui causam præbui, ius reseruatum mihi perimitur, eo que contra auctorem agere possum, dum tamen denuntiatio præcesserit, *l. si pro re, §. 1. D. de euct. vbi Bart.**

97 Mortuo vero venditore, si plures heredes reliquerit, singulis facienda est denunciatio, *l. in executione 85. s. in solidum, de verb. ob. nã cum obligatio defendendi emptorem in facto consistat, ex eo que indiuidua sit, in solidum pro ea heredes promissoris, aut venditoris obligantur, l. fin. D. de seruit. leg. l. ea que 192. D.*

*de reg. iur.* Quod si vnus defugerit, cæteris subsistere pro suis tantum partibus nihil prodest, *l. cum ex causa* 139. *D. de ver. ob.* cum illis pro parte defensio contingere non potest, *l. 4. §. ult. in fin. D. eod.* qua propter ille qui liti assistit, cum in solidum teneatur, omnibus vincit aut vincitur, *l. si rem 62. §. 1. D. de euct.* Verum erit tamen in executione, singulos pro parte hereditaria æstimationem euictionis præstare debere, cū hæc secunda pars obligationis non in facto, sed in pecunia consistat, *d. §. in solidum, d. l. cum ex causa,* vlt. p. 85. dicebamus, explicat Donel. in l. 4. §. vlt. *D. de ver. ob.* quem sequutus fuit Pichard. in §. si finium inst. de offi. iud. cap. 10. d. nu. 130.

98 Obseruandum autem est, aliquando in euictione denunciari posse heredi, etiam si venditori non posset, ita vt in heredem competat actio, quæ in defectum non competierat, *l. si per imprudentiã 51. §. 1. D. de euct.* qui casus exceptus semper fuit ab illa regula antiqua, quam sustulit Iustian. in l. vn. C. vt actiones ab hered. & coner. sicut alij excepti fuerunt, nempe in d. l. 51. §. non mirum, l. 7. *D. de euct. l. sciendum 25. D. de re iud. l. reperitur 84. D. ad leg. fal. explicat Cuiac. lib. 13. Digest. Iulian. in d. l. 7.*

99 Vtcrius in tantum emptor denunciare auctori tenetur, vt si seruus ei vendiderit, seruo denunciare debeat, *l. minor 39. §. si seruus vers. denunciare, D. de euct.* vbi notat Accurs. in hoc casu sicut in alijs quos refert, quedam cum ipsis seruis, non cum dominis facienda esse:

efficacius sententiam intelligo quando iura sunt personalia, *vt in specie textus in l. seruo 65. in pr. vers. arquin. D. ad Trebell. l. vlt. in pr. D. de ver. ob. Cuius lib. 57. Digest. l. in d. §. si seruus.*

100 Hæc autem quæ diximus ita accipienda sunt, nisi notorie & euidenter res ad petitorē ita pertineat vt ius eius nulla defensione eneruari possit: tūc enim quia siue denunciaret emptor siue non, nihil eius denuntiatio prodesset, euictio absque denuntiatione cōtra auctorem producet actionem, *argum. iux. in l. 1. §. occisorū, D. ad Syllanian. l. fin. §. 1. D. ad leg. Rod. l. si alius §. est alia, D. quod vi aut. Imō q̄ magis est, etiam non expectata sententia rem restituere emptori licet, cum manifestum est nullam defensionem pro ea cōperere, l. emptorem 12. D. de act. empt. vt resoluit Imo. in pr. as. colum. 24. Anton. de Butr. colum. 3. Anto. Gom. rom. 2. var. cap. 2. num. 39. Gutier. de iurament. 1. part. c. 61. nu. 18. Couasru. lib. 3. var. cap. 17. Fachin. lib. 2. controu. c. 36. Similiter denuntiatio necessaria non est quando venditor simul cum emptore in iudicio conuenitur, forte quia res remanserat communis, ex doctrina glossæ in l. si dictum 56. §. simili verb. posset, D. de euict.*

101 Hanc denuntiationem, de qua loquimur, minorem suis auctoribus litem iam scientibus facere non teneri, inter omnes conuenit, siquidē debitores ipsius sola tarda solutione, absque interpellatione in mora cōstituuntur, *l. in minorū. C. in quib. caus. in inte. rest. nō est.*

Utrum autem hoc idem in Ecclesia emptrice seruetur, quæstio est cum iure minoris utatur, *cap. i. cap. au-  
dicit de integ. resti.* In qua difficultate Bald. *in l. i. C.  
de per. & com. rei vend. Roman. in l. non solum, §. morte,  
D. de nou. oper. nunc. Couar. lib. i. var. cap. 17. Tiraq. de  
privileg. pia cause privileg. 141. & seq. tenuerunt, Eccle-  
siam agere de euictione posse, etiam si hanc denuntia-  
tionem omiserit, dummodo venditor litem non ig-  
noret, Quo d. verius est, neque turbatur ex textu, *inc.  
breui 17. de iur. iuran.* vbi expectatur, illum qui defen-  
dere Ecclesiam iurauerat requisitum esse, vt defensio-  
ni assistere teneatur, nam omisis. Anto. Burg. *in pres.  
nu. 8 & Cauallin. de euid. §. 3. num. 102.* qui ex hoc tex-  
tu contrariam amplexi sunt sententiam, responden-  
dum est, ibi, si textus bene aduertatur, nihil contra nos  
probari, nam Pontifex nõ asserit in dicta specie inter-  
pellationem esse necessariam, sed promissorẽ requi-  
situm vt Ecclesiam defendat, per iurium esse si eam  
non defendat, quamuis appeller.*

101 Ex quo concludimus eum qui Ecclesiam de-  
fendere simpliciter iurauit, eo tempore quo intelli-  
gat suo favore carere, absque aliqua prouocatione ei  
patrocinari esse adstrictũ, *cap. de forma 22. qu. 5. argu-  
rex in illa stipulatione 50 D. de ver. ob. docet Abb. in d. c.  
breui, num. 5. Fa. hin. lib. 2. contr. 37. Purpur. ar. in l. quod  
te, D. sicere. peccat.* Vnde etiam fit, vt ille qui in contra-  
ctu emptionis iuramentum iniunxit de reo defenden-  
do, sola scientia absque interpellatione constituatur

in mora ex vi iuramenti, si non defendat, *vt tradit Couarr. lib. 3. var. cap. 17. num. 5. Fachin. lib. 2. controuer. cap. 35.*

103 Minus vrget textus in cap. *potuit delocato*, vbi ex eo quod dicitur diem certam constituere in mora emphyteutam Ecclesie canonem non soluentem, inferunt. Anto. Burg. & Cauallin. *vbi prox.* interpellationem esse necessariam vbi dies apposta non est. Nam respondetur, ibi tantum probari diem certam & interpellationem in ea specie hoc operati, vt emphyteuta non soluens in poenam incidat. Virum autem requiratur interpellatio ad constituendum in mora debitorem Ecclesie, in illo textu non deciditur, *vt recte sensit Fachin. vbi sup. Couarr. lib. 3. var. c. 17.*

104 Facta igitur denuntiatione venditor non tenetur principaliter in se assumere litem motam, nec expensas ministrare, nisi specialiter promiserit, quia causam defendere in eius arbitrium relinquitur, *l. si parentes, C. de euct. l. 33. tit. 5. p. 5.* Et sic intelligendum iurisconsultum in *l. si plus 74. §. mora, D. de euct. docet. Grsg. in d. l. 33. glos. 2. in fin.* Si veto venditor voluerit comparere, eo casu quo de euidione tenetur, non esse prohibitus in se assumere causam pro suo proprio interesse, etiam sine aliquo mandato, *d. l. si parentes. Quia* in specie a dimitteretur tamquam procurator in rem sua vel tamquam defensor, ita vt si ante iudicium in hoc autum venerit, & petat in se mutari iudicium futurum, audiendus sit, quamuis actor reluctetur, *l. sed etsi 29. §.*

item vers. quid tamen, D. de pecc. heret. Bald. in l. 1. C. vbi  
in rem act. Arcim. in l. a sententia, D. de appellat. num. 8.  
Lata vero sententia contra venditorem, emptori sciē  
ti præiudicabit. l. sepe vers. sed sciētib. D. de re iudic.  
Angel. in rubr. inst. de exception. num. 14. Greg. in l. 33.  
tit. 5. p. 5. gl. 3.

105 Neque vrget textus in l. si mandato 45. §. item  
2. D. mandat. quia procedit quando agitur de nouan  
da actione, quod nostris terminis applicari nequit, nā  
nos tantum de mutando iudicio contra venditorem  
agimus, emptore vt antea obligato remanente: quod  
quidem licitum est etiam inuito auctore, vt docet Bar  
bos. in l. venditor 49. D. de iud. n. 114.

106 Si vero post iudicium coeptum cū emptore, &  
eo nomine cum illo quasi contractum, l. 3. §. idem scri  
bit, D. de pecul. venditor comparuerit, dictam mutatio  
nem iudicij obtinere non poterit, cum quædam noua  
tio respectu iudicij consideretur, arg. tex. in d. si man  
dato, §. item, poterit tamen assistere emptori, assūmē  
do litem & causam in terminis in quibus est tempo  
re quo adest, c. 2. in fin. vt licet pendem. lib. 6. omnia per  
emptorem probare, gl. fin. in c. 2. de procurat. in 6. iu  
dicē reculare, c. cum super de offi. delegat. & ibi Abb. n. 2  
& alia facere quæ congerit An. l. Gail. pract. obseru. lib.  
1. obs. 71. an. 13. & refert Barbos. vbi sup. n. 106. Anton.  
Gom. vbi prox. n. 39. Afflict. decis. 235.

107 Venditore autem volente causam defendere  
forum emptoris sequi debere, quamuis fori priuile  
gio



gio guadeat, certum est, *l. venditor 49. D. de iud. Socin. Jun. cons. 146. n. 5. lib. 1. Gama decis. 332.* nam cum reivindicatio non contra venditorem sed contra emptorem possidentem competat, *l. 1. C. ubi in rem act.* merito attenditur forus eius. Ex quo *Bart. in d. l. venditor*, & *Nata cons. 360. n. 4. lib. 3.* inferunt sententiam concipiendam esse in personam emptoris.

108. Unde quæsti solet inter Doctores quid dicendum, quando venditor clericus est, cum foro suo nullo modo renunciare valeat, *cap. si diligenti de foro cõp. de quo Covarr. in cap. quamuis pactum in inie. 2. part. ex num. 29. Suarez aduersus reg. Ang. lib. 4. cap. 27. Auendaño de cens. cap. 78.* Et in vtramque partem agitata quaestione, communis sententia est, clericum debere emptorem defendere coram iudice seculari, cum voluntarius, non vt necessarius & inuitus reus accedat: & ita tenuerunt *in pract. Abb. num. 8. Burg. num. 10. Covarr. in pract. c. 8. num. 3. Anton. Gom. vb. sup. n. 39. Caual. de iur. §. 3. n. 119. Fachin. lib. 2. controu. c. 37.* & plures alij quos supradicti referunt. Sicque decisum est iure regio, *in l. 57. tit. 6. p. 1.*

109. Hæc sanè resolutio verissima est, sed tamè alijs qua quæ fere ab omnibus prætermissa sunt circa eam annotare libet. Nempe clerico non esse concedendū iudiciū in se trāsferre, vt de alijs vēditorib⁹ antea dicebamus, etiā si ante litis contestationē cõparuerit, cum tunc iam vt vere reus corā iudice seculari litigaret, q̄ ei prohibitiū est: causam autem defendet, liti assisendo

& alijs

& alijs modis de quibus antea. Quem existimo fuisse  
 sensum glossæ in cap. clericum 11. quæst. 1. hucusque  
 pro utraque parte allegatæ: & eodem modo commu-  
 nem opinionem accipio, cuius fautores semper in ter-  
 minis puræ defensionis & litis assistentiæ loquuntur,  
 ¶ Resoluit Barbof. vbi sup. nu. 147.

110 Præterea si reivindicatione conveniatur qui  
 ré detinet nomine alterius, vt inquilinus vel colonus,  
 & dominus in iudicio compareat, in eum debet lis  
 transferri cum conventus non possideat, sed potius  
 dominus cuius nomine possidetur. quod meo 18. in  
 pr. D. de acq. poss. cap. cum venisset 9. de restit. spoliat. ex  
 eoque cum domino debet lis agitari, cap. quoniam fre-  
 quenter. §. quod si. Vt licet non contest. l. 2. C. vbi in ré act.  
 l. 28. cit. 2. p. 3. Panor. in præs. n. 8. Vnde si dominus cleri-  
 cus sit causa ad iudicem Ecclesiasticum remittenda  
 est, vt probarunt Aug. & Imol. in l. non solum. §. quod vul-  
 go, D. de vsucap. Ripa in c. 2. nu. 4. de iudic. Dec. conf. vlt.  
 num. 7. Nata conf. 324. Ludou. dec. lucen. 34. ad fin. Pa-  
 norm. vbi sup. Alias conditiones circa clericum vendi-  
 torem, qui emptoris defensionem suscipit, congerit  
 Mart. de iurid. sect. 4. p. cent. 1. cas. 34.

111 Venditore igitur non comparente, emptor te-  
 netur suis expensis causam defendere & prosequi, l.  
 emptori 28. C. de iur. et Donell. lib. 13. com. c. 2. vers. proxi-  
 ma, de quo consulendus Gucier. de iur. am. 1. p. c. 61. Vtrum  
 autem in eo casu emptor appellare teneatur, & quan-  
 do, videntur omnino Barbof. vbi sup. à n. 56. Ant. Gom.  
 vbi

ubi sup. n. 32. Fachin. lib. 2. cont. c. 39. ad explicacione re-  
 in l. herennius 63. Si. n. Et 2. D. de evict. Et ultimo an de-  
 beat venditor solvere expensas emptori victo, vel vin-  
 centi, tradit Anton. Gom. ubi prox. n. 47. Fach. id. lib. 2.  
 c. 38. Donec. in l. si statum 8. C. de evict. Franco. Mar. de r. fi.  
 584. r. p. Greg. in l. 3. r. i. c. 5. p. 33. glos. 6. r. ad ob. non r. i. d.  
 112. Ex hac obligatione emptoris, qua adstringit-  
 tur iudicio assistere, descendit quod secundo loco re-  
 fert Gregorius in praes. nempe emptorem qui tempo-  
 re sententiae contumaciter absuit, de evictione agere  
 non posse. quod idem probatur in l. emptor 8. C. de evict.  
 l. siideo 55. in pr. D. eod. l. 1. C. de per. Et com. rei ved. l. 36.  
 in. 5. p. 5. Cuius ratio est quia venditor tunc demum  
 de evictione tenetur, quando res emptori evincitur  
 ex iuris defectu, l. si non iniuria, C. eod. v. cum cum con-  
 tumacia emptoris non sit defectus iuris in ipsa re, sed  
 in sua persona, venditori non debet imputari, c. no de-  
 her. de reg. iur. in 6. sed ipsi emptori, cuius est delictum  
 & culpa, l. contumacia, D. de re iud. c. i. de iud. quae sum-  
 dum axat comprehendit auctorem, l. sancimus 22. C.  
 de pen.

113. Unde colligitur, nostrum textum & in eo glos-  
 sam, verb. contumaciter, communemque sententiam  
 Abbatis, Burg. & aliorum in praes. procedere debere,  
 quando sententia lata fuit aduersus emptorem prop-  
 ter eius contumaciam & absentiam: secus autem si pro-  
 poneremus quod emptor fuit praesens durante lite,  
 & causa assitens, iura & defensionem proponens, iux-

ta proprias vires usque ad conclusionem in causalitē  
 prosequutus, licet tempore sententiæ fuerit absens &  
 contumax: quia tunc regula nostri textus locum non  
 haberet, nec ob euidionem actio emptori impedire-  
 tur, cum in eo casu eius absentia in cōsideratione ha-  
 beri non debeat, nam et si præsens foret, parum eius  
 præsentia efficeret eo tempore quo nihil erat allegā-  
 dum, nec antea aliquid omissum erat, *ve eleganter do-  
 cet Bart. in l. si superatus, D. de pign. Salicet. in l. 1. C. de  
 per. & com. rei vend. Fel. in c. cū Beroldus 23. de re iud.  
 Couar. lib. 3. var. c. 17. n. 9. præsertim quia ubi proba-  
 tiones sunt liquidæ, condemnatus in absentia, nō præ-  
 sumitur condemnatus ex cōtumacia, sed propter ma-  
 lam causam, l. 2. C. de contrar. iud. iur. & ibi Bal. Greg.  
 in l. 36. c. i. §. p. 5. gl. 6.*

114 Ex dictis venit explicatio ad textum in l. qui re-  
 pudians 17. §. vlt. D. de inffic. test. l. si per lusorio 14. §.  
 vlt. D. de appellat. ubi proponitur sententiam contra  
 heredem non respondentem, & contumacem latam,  
 libertatibus & legatarijs non nocere, quasi cōtra illos  
 ius non faciat, *ve explicat Cuiac. lib. 2. quest. Paul. in d. l.  
 qui repudians* Vnde etiam inferit Molin. *de primog.  
 lib. 4. cap. 8. n. 7.* Sententiam contra possessorem ma-  
 ioratus, successoribus præiudicium nō affere, si lis con-  
 tumace possere traditur.

115 Quod si emptor diligētissimus fuerit, & præ-  
 sens adhuc monet Pontifex in tertia parte nostri tex-  
 tus de euidione agere eum non valere, si per iniuriā,

aut errorem iudicis con demnatus sit, *ve constat ex i. ex. in l. serui 5. l. si per imprudentiam 51. D. de euct. l. 15. C. eod. nam cum iudicis iniuria inter casus fortuitos numeretur, l. ad eos. D. mandar. venditorem non debet contingere, cum horum periculum ad emptorē tantum pertineat. l. necessario 8. cum similibus. D. de per. & com. rei vend. docent Abb. in pr. es. Anr. Gam. vb. sup. nu. 39. in fin. Couar. lib. 3. var. c. 17. n. 9. & 10. quem consule ad interpositionē appellationis in huiusmodi casibus.*

116 *Aduertendum insuper est, nihil referre an for dibus an stultitiā iudicis res perierit, vt Consultus scri bit, in d. l. si per imprudentiam 51. nam priore casu sen tētia nulla est, l. venales 7. C. quando prouocar. non est, sicque frustra euctiōnis actio desideratur. Secundo ve ro casu quamuis sententia valeat, l. cum prolaris 32. D. de re iud. de cuius exētus materia late Pinell. lib. 1. select. c. 19. etiam actio euctiōnis ex dictis rationibus cōtra vēditore dēnegatur, cuius loco in factū actione iudex, qui litē suā fecit, tēnetur l. si quis 5. § si iudex. D. de oblig. & act. l. vl. D. de extra ord. cognit. l. filiūfam. 15. D. de iud. de cuius intellectu Cuiac. lib. 13. obs. cap. 18. Donell. lib. 28. cō. c. 2. Pichard in pr. inst. de obligat. qua ex quasi com. Re soluūt Molin. de iust. rr. 2. disp. 380. Donel. in d. l. emptor 8. n. 17. C. de euct. & lib. 13. com. c. 2.*

117 Sed dictis grauitē obstat textus in l. exceptione 67. D. de fideiussor. ubi fideiussorem con demnatū esse iniuria iudicis, non sufficit, vt ei mandati actio dēnege

tur, sed necessarium etiam est, vt simul illius culpa interueniat. Quæ difficultas adeo torfit Cuiacium, r. 6. ad Afric. in l. 24. D. de euct. vt affirmaret verba vltima textus in d. l. exceptione, delenda esse tanquam ab aliquo interprete perperam adiecta, concluderetque solam iniuriam iudicis contra fideiussorem sufficere vt ei mandati actio impediatur. Hac tamen opinione reiecta, quæ fuit antea Accursij in d. l. exceptione respondendum est, diuersam causam esse emptoris, & fideiussoris: nam emptione contracta, omne periculū ad emptorem pertinet, ac per consequens iudicis iniuria, vt antea dicebamus. At vero fideiussor, vel quilibet alius, qui cum mandato vel sine mandato alienū negotium gerendum suscipit, culpam tantum & diligentiam, vt in re aliena, præstare debet, l. contractus 23. D. de reg. iur. qua propter iniuria iudicis sola ei non nocebit, l. si sine 22. §. cum autem, D. rem rae. hab. Est sententia Donelli, in d. l. emptor 8. n. 18. C. de euct. quam antea præuiderant Bart. & Paul. Castr. in d. l. exceptione.

118 Demum pro coronide aduertendū est, quod pactio inter contrahentes facta, ne veditor de euctio ne teneatur non releuat venditorem à pretij restitutione, si res euincatur, neque enim bonæ fidei contractus hanc patitur conventionem, vt emptor rē amittat, & venditor pretium retineat, textus sic intelligendus in l. emptorem 12. §. qui autem, D. de act. emp. Donel. lib. 13. com. c. 2. in fin. Pinell. lib. 2. select. c. 6. n. 24. Illud autem

autem, huiusmodi pactum operabitur, ut interesse venditor non præstet, nisi dolus intercesserit, ut ex ipso textu resoluit Ant. Gom. *com. 2. var. c. 2. post med.*

119 Hæc dixisse sufficiat circa triplicem casum per Gregorium exceptum: plures alios congerunt interpretes, in quibus similiter euictio locum non habet, nam quadraginta enumerat Afflictis *in rubr. quib. mod. feud. amitt. §. rursus.* Consulendi tamen sunt de hac materia, Anton. Gom. *ubi sup. Cauall. de euict. §. 5.* Molin. *de iust. rom. 2. disp. 380.* Morla *in empor. 1. p. tit. 9 in pr. à n. 40.* Couar. *li. 3. var. c. 17. & in reg. peccatū 3. p. in pr. n. 3.* Barbol. *in l. venditor 49. de iud. & in l. aestimatis, D. sol. matr. Cald. de empt. c. 31.* Petr. Greg. *lib. 2. 53.* Synag. *c. 22.* Riccius. *2. p. collect. 382.* Donel. *lib. 13. com. c. 2.* Cabot. *lib. 2. disp. 26.* Fach. *lib. 2. contr. cap. 35. & seq.* D. Ioan. del Castillo *4. rom. contro. c. 42.* Ant. Fab. *lib. 2. coniect. & lib. 3. c. 1. & de errorib. pragmat. decad. 1. error. 10. & decad. 6. error. 10. & in suo Cod. ad tit. de euict. Greg. Lop. in l. 3. & seq. tit. 5. p. 5.* Gail *lib. 2. obs. 143.* Syluest. *verb. restitutio 3. §. 7.* Lesi. *de iust. lib. 2. c. 21.* Gu tier. *de iura. 1. p. c. 61.* Quorum diffusis commentarijs (si non nostro labore, quo dispersa collegimus) hæc euictionis materia exactius percipietur: Quod

autem nos diximus, in laudem Dei ce-  
dat, cui soli honor &  
gloria.

**F I N I S**













15

Caja  
B-67